This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

572.4
Kunze
Co2

NT. Biog-P
98

572.4
Kunze

Theological School
IN CAMBRIDGE.

The Gift of
COL. BENJAMIN LORING.

Herrn Abt Lücke

gehorsamst

der Vf.

PRAECIPUA

PATRUM ECCLESIAST. TESTIMONIA,

QUAE

AD MORTEM PAULI APOSTOLI SPECTANT,

COLLEGIT ET EXAMINAVIT

AUG. OTTO KUNZE. editor.

GOTTINGAE,

VENDUNT VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXLVIII.

DIVINITY SCHOOL LIBRARY HARVARD UNIVERSITY

CONSPECTUS.

I.

Pag.
Clemens Roman. 3

II.

Murator. Fragm. de can. 10

III.

Irenaeus 15
Cajus, presbyt. Rom. 16
Dionysius, ep. Cor. 16
Tertullianus 17
Origenes 19
Lactantius 19
Praedic. Petri 20

IV.

Eusebius 22

V.

Athanasius 34
Cyrillus Hieros. 34
Epiphanius 35
Ioannes Chrysost. 36
Theodoretus 38
Euthalius 41
Nicephorus Call. 47

Pag.
Hieronymus 49
Orosius 51
Sulpicius Severus 52
Innocentius P. I. 54
Gelasius P. I. 54
Gregorius M. 55
Isidorus Hispal. 55

Quo majore in pretio iis, qui antiquitatem ecclesiasticam indagare student, sunt Acta Apostolorum a Luca conscripta, eo magis, paucorum tantum annorum et hominum historiam libro contineri dudum dolori fuit. Aliis enim primaevae ecclesiae monumentis prorsus fere deficientibus, plurima, quae e Luca disci nequeunt, incerta sunt et dubia. Imprimis gravis cura inde orta est viris doctis, quod ne Pauli quidem vitam, in qua describenda ille potissimum operam collocavit, ad finem usque enarrare concessum fuit. Apostolum quidem a Nerone ultimo supplicio affectum esse, unanimis veterum testimoniis satis comprobatur; sed de tempore supplicii ad hunc usque diem inter se discordant historici. Alii enim vincula illa Romana, quorum Lucas sub finem Actorum meminit, apostoli martyrio censent terminata esse, ea scilicet tempestate, qua Nero Christianos urbis incensae falso reos faceret. Alii eundem tunc capitis absolutum putant Roma decessisse, deinde iterum eo regressum ultimis Neronis annis occisum esse. Hoc enim quum patrum ecclesiasticorum testimoniis affirmari confidunt, tum ex epistolis ad Timotheum et Titum datis colligunt, utpote quae post priorem, quam vocant, Romanam custodiam ab apostolo conscriptae sint. Quae argumenta, dudum impugnata, postquam nuper a Wieselero denuo subtiliter examinata sunt et refutata [1]), fortasse fas erit sperare,

[1]) In libro: Chronologie des apostol. Zeitalters ꝛc. Götting. 1848.

fore ut inveteratam litem tandem pax excipiat. Cujus quum inter ipsos patres existere nobis videantur suasores plures, implacabiles adversarii nulli, locorum rem spectantium placuit ampliorem delectum instituere et aequo eruditorum judicio subjicere. Testium enim copia et varietas imprimis favet eruendae veritati.

I.

Inter libros patrum, de quibus quaeritur, et antiquitate et scriptoris auctoritate eminet S. Clementis Romani prior ad Corinthios epistola. Quam, utprimum ante hos ducentos annos Constantinopoli in Angliam transmissa, cura Patricii Junii prodiit Oxonii, genuinam existimaverunt viri docti esse illam epistolam, quae in veteribus ecclesiis summo in honore habita et interdum adeo libris canonicis adnumerata esse traditur [1]). Itaque dum avidis manibus librum revolvunt, imprimis ea amplexi sunt, quae ad apostolorum vitas pertinere videbantur. Cui enim major hac in re habenda est fides, quam Clementi, qui inter primos Romae Christiano coetui se addixit, quique ex multorum opinione Phil. IV. 3. ab ipso Paulo inter numerum *τῶν συνεργῶν* refertur!

S. Clemens nostram epistolam nomine Romanae ecclesiae ad Corinthiacam dedit pacaturus dissidia, quibus illa tunc turbabatur. Etenim quum Corinthi quidam, neglecta presbyterorum auctoritate, potestatem sibi arrogarent, Romam missi erant legati petentes, ut ecclesia Romana exhortationibus sedi-

1) Cf. Euseb. hist. eccl. III. 16. *Τούτου δὴ οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φέρεται, μεγάλη τε καὶ θαυμασία, ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, στάσεως τηνικάδε κατὰ τὴν Κόρινθον γενομένης. Ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιευμένην τε καὶ παθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἴγνωμεν.*

tiosos ad pacem compelleret. Qua in provincia Noster ita versatus est, ut pauca praefatus de gravitate rei, primum lectores faustae conditionis commonefaceret, qua ecclesia Corinthiaca antea gloriata esset, deinde causam praesentis calamitatis exponeret. Scilicet pro humanae mentis indole quosdam florente illo ecclesiae statu eo esse adductos, ut novis rebus studerent et ad aemulationem et invidiam adversus presbyteros sese efferrent (§. 3.). Jam quaenam mala ex aemulatione oriantur, exemplis ostenditur. Et primum quidem ex vetere testamento desumptis, Caini, Jacobi, Josephi, Mosis, Davidis (§. 4.). His adduntur, quae illo ipso saeculo gesta omnibus in memoria haerebant. *Ἀλλ' ἵνα τῶν ἀρχαίων ὑποδειγμάτων παυσώμεθα*, pergit §. 5. *ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἐγγιστα γενομένους ἀθλητάς· λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα. Διὰ ζῆλον καὶ φθόνον [ἐκκλησίας πι]στοὶ* [1]) *καὶ δικαιότατοι στύ[λοι ἐδιώ]χθησαν καὶ ἕως θανάτο[υ δεινοῦ.] Λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶ[ν ἡμῶν] τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλου[ς. Πέτρ]ος διὰ ζῆλον ἄδικον οὐχ' [ἕνα οὐ-] δὲ δύο, ἀλλὰ πλείονας ὑπ[έμεινεν] πόνους, καὶ οὕτω μαρτυ[ρήσας] ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλ[όμενον] τόπον τῆς δόξης. Διὰ ζῆλον [ὁ] Παῦλος ὑπομονῆς βραβεῖον [ἀπέσχ]εν, ἑπτάκις δεσμὰ φορέσας, [ῥαβ]δευθείς, λιθασθείς, κῆρυξ [γενό]μενος ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν [τῇ] δύσει, τὸ γενναῖον τῆς πίστεως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν, δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον, κ[αὶ ἐπὶ] τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν, καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου, καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη, ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός.*

Hoc loco e sententia virorum doctorum haud paucorum innui videtur, Paulum in ultimas Occidentis regiones, idque, sicut plurimi autumant, in

---

1) Quae uncis includuntur, ab editoribus addita sunt, ut lacunae codicis explerentur.

Hispaniam pervenisse. Quae si vera verborum vis est, Clementis testimonio probatur, apostolum e custodia Romana, quam Lucas in Actis attigit, liberatum esse; nam antequam Romae fuerit, eum non suscepisse iter Hispanicum, luce clarius est. Primus hanc sententiam professus est Pearsonius, qui in annalibus Paulinis (Opera posth. ed. Dodwell. Lond. 1688) ad annum 9. et 10. Neronis, aerae Christianae 63., haec annotavit: „Cumque jam per biennium in domo conducta Verbum „Dei libere praedicasset, Roma exiit et in Italiam „proprie dictam secessit, ubi exspectans Timotheum „scripsit Epistolam ad Hebraeos. Adveniente Timotheo ex Italia profectus est in Hispaniam, quo „iturum se dixerat in Epistola ad Romanos: Et „certe eam regionem vidit, quam Clemens Romanus ejus itinera commemorans appellat *τὸ τέρμα* „*τῆς δύσεως*." Deinde postquam apostolum in Cretam, Graeciam, Asiam se contulisse indeque Romam reversum esse docuit (id quod ex epistolis ad Timotheum et Titum datis colligit), Clementis verbis *μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων* nisus, haec monet: „S. Paulus (cum Petro) ultimo Neronis Anno „Martyrium facit. Factum autem id est sub Praefectis in urbe, ut testatur Clemens Romanus, absente scilicet Nerone, Februarii die 22." Nempe vocem *ἡγουμένων* censet ad Tigillinum spectare et Sabinum Heliumque, quibus Nero in Graeciam profectus summam rerum commiserat [1]). Alii Helium

---

1) Cf. De success. prim. Romae episc. diss. I. c. VIII. §. IX. (Opp. posth. p. 62.): „Nero quidem imperator, sed imperatores „non fuit; multo minus *Ἡγούμενοι*; neque enim *Ἡγούμενοι* im„peratores dicti sunt, sed qui sub imperatore, in provinciis prae„sertim, Praesidum loca sub variis nominibus obtinebant. . . . „Neque haec vox tantum in provinciis solennis fuit, sed etiam „Romae; ut patet ex Ep. S. Cypriani ad Successum: „Sed et huic „persecutioni quotidie insistunt Praefecti in Urbe," Romana scili„cet, „ut siqui sibi oblati fuerint, animadvertantur, et bona eo„rum fisco vindicentur." Tales erant Romae ultimo Neronis anno

et Polycletum designari putant [1]). Sed duplici errore tenentur. Nam temere et voci μαρτυρεῖν notionem mortis pro fide exantlatae jam Clementis tempore infuisse contendunt, et sub τοῖς ἡγουμένοις vicarios Caesaris latere suspicantur [2]). Immo quum illi judices fuerint consilio Caesaris adhibiti, de forensi Pauli defensione se loqui auctor satis distincte indicat [3]).

Sed majoris momenti verba ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθών videntur esse. De quibus mirum quantum inter viros doctos disceptatum est. Ex Pearsonii enim aequalibus Jo. Fellus, qui 1669 epistolam Oxonii edidit, τὴν δύσιν Italiam esse docuit; Salmasius e Clemente affirmari posse putavit, ex quo Romam ingressus sit, apostolum numquam postea pedem inde extulisse [4]). Quotquot deinde in hanc arenam descenderunt, aut Pearsonii aut adversariorum sententiae se addixerunt, eamque suis quisque argumentis stabilire conati sunt. Tamen quum, quod aliis certum videbatur, ab aliis reprobaretur, ad nostram usque aetatem permanavit dissidium. Nam qui Paulum Romanis vinculis liberatum in Hispaniam venisse contendunt, haud sine aliqua veritatis specie negant, Clementem, qui Romae scriberet, Urbem τὸ τέρμα τῆς δύσεως potuisse appellare, ut quae non in ultimo, sed potius in medio Occidente sita esset [5]). Hos ut loco pellerent, alii aliter rem egerunt. Sed sufficit recentiorum nonnullos audivisse. Schraderus [6]) igitur e contextu orationis argumentatus est. Ete-

„duo praefecti praetorio Tigillinus et Sabinus, et cum summa po-„testate Helius."

1) Cf. Berthold, Einl. ins A. u. N. T. Th. 5. Hälfte 2. p. 2690.

2) Cf. Neander, Geſch. d. Pflanzung u. L. d. K. Aufl. 2. p. 411. Anm.

3) Cf. Wieſeler, l. l. p. 526 ff.

4) De primatu papae, appar. p. 42.

5) Imprimis hoc argumento se permotum esse, ut Paulum in Hispania fuisse statuat, confitetur Neander, Geſch. der Pflanz. u. L. p. 411 inf.

6) In libro: Der Apoſtel Paulus. Leipzig 1830. Th. I. p. 234 f.

nim quum auctor scripserit *ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου*, arcta commatum conjunctione indicari putat, eadem in regione, quae *τέρμα τῆς δύσεως* appellata sit, martyrio coronatum esse apostolum. Itaque aut Paulum in Hispania perhiberi morte occubuisse, aut Hispaniae utique nullam fieri mentionem. Porro quum Romae mortuum esse virum constet, *τὸ τέρμα τῆς δύσεως* nihil nisi Urbem posse spectare, utpote quae in termino Occidentis (nimirum Orientem versus) jaceat [1]). — Cum Schradero facit Baurius, tantum quod universam Italiam subaudire mavult. Eam censet *τέρμα τῆς δύσεως* appellatam esse, quod Pauli vita cum cursu solis conferatur [2]). — Paulo aliter rem vertit Hemsenius [3]), cui *τὸ τέρμα τῆς δύσεως* Illyricum designare videtur: putat enim, Nostro in mente fuisse verba in epistola ad Romanos c. XV. v. 19. scripta: *ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ*. — Horum argumentis quum adversarii quidquam profici negarent [4]), Schenkelius nova quadam disceptatione causam obtinendam esse ratus est [5]). Studuit igitur probare, nostram epi-

1) L. l. p. 235. „*τὸ τέρμα τῆς δύσεως* muß ja nicht die äußerste „Weſtgrenze, es kann ja ebenſowohl eine jede andere Grenze des Abend„landes bedeuten. Und ohne allen Zwang kann man die Worte des Cle„mens dahin verſtehen, daß Paulus nur des Abendlandes Grenze betreten, „nicht aber in deſſen Inneres gedrungen ſei, weil ihn der Tod an der „Ausführung ſeines frühern Entſchluſſes gehindert habe."

2) Cf. Die Chriſtuspartheí in der korinth. Gemeinde ꝛc. Tübinger Zeitſchr. für Theol. 1831. H. 4. p. 149: „Clemens vergleicht gewiſſer„maßen den apoſtoliſchen Lauf des Paulus mit dem Laufe der Sonne, „die im Oſten aufgeht, die ganze Welt erleuchtet, und im Weſten, wo ihr „Ziel iſt, untergeht. Wie nun, wenn *τὸ τέρμα τῆς δύσεως* in dieſer of„fenbar etwas poetiſch-rhetoriſch gehaltenen Stelle blos ſo viel iſt, als *ἡ „δύσις, ἥ* (oder *ἐν ᾗ*) *τὸ τέρμα ἐστίν*, entweder überhaupt, oder in be„ſonderer Beziehung auf Paulus?"

3) Der Apoſtel Paulus. Göttingen 1830. p. 710.

4) Cf. Wurm, über die Zeitbeſtimmungen im Leben des Apoſtels Paulus. Tübing. Zeitſchr. f. Th. 1833. H. I. p. 91.

5) Cf. Die zweite Gefangenſchaft des Apoſtels Paulus. Studien u. Kritiken. 1841. H. I.

stolam eo tempore conscriptam esse, quo Nero, licet primo furore mitigato, Christianos persequi etiam perseveraret, scilicet vel exeunte a. 64. vel ineunte a. 65. aerae nostrae. Quod si recte observavit vir doctus, Clementis liber saltem documento est, Paulum una vice tantum Romae fuisse nec rursus inde egressum esse. Sed unde hoc habet? Primum litteras haud ita multo post Pauli epistolas Corinthiacas docet datas esse (turbatores enim Corinthiacae ecclesiae plane eosdem se praebere, atque Pauli adversarios titulo *οἱ τοῦ Χριστοῦ* gloriatos); deinde Clementem ante Hierosolyma expugnata scripsisse colligit e verbis §. 41. exstantibus: *Οὐ πανταχοῦ προσφέρονται θυσίαι ἐνδιελεγισμοῦ .... ἀλλ' ἐν Ἱερουσαλὴμ μόνῃ*; verba demum *Διὰ αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους γενομένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ παρεμπτώσεις*, quibus auctor in initio epistolae usus est veniam morae petiturus, ad funestam illam cladem a. 64. spectare censet. — Verum enimvero quominus Schenkelio adstipuleris, obstare aliquid videtur. Neque enim Corinthiaca dissidia nec angustiae Romanae ecclesiae satis distincte depinguntur, ut de aetate libri certo statuere queas. Immo num verbis *προσφέρονται θυσίαι* prodatur, incolume tunc stetisse templum, cum Schliemanno [1]) vix poteris non vocare in dubium, ubi tecum perpenderis, Clementem saepius perhibere dicta ex epistola ad Hebraeos petita. Eam ante Hierosolyma diruta jam Romae innotuisse, aegre creditur.

Licet vero de aetate epistolae vir male disputaverit, minime omnibus eandem notam ideo meruisse videbitur, quod Clementem de Hispania loqui negat [2]). Quanquam id alio modo assequendum

---

1) In libro: Die Clementinen. Hamb. 1844. p. 409—11. Note.

2) Schenkelio judice Urbs *τὸ τέρμα τῆς δύσεως* appellata est respectu Pauli habito, ut qui Occidentem versus ultra Romam non pervenerit. Cf. l. l. p. 75.

esse Wieselerus suspicatur. Ille non ἐπὶ (quod Junius e conjectura supplevit), sed ὑπὸ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν scribendum esse statuit, monetque ὑπὸ τὸ τέρμα ἐλθεῖν dictos esse eos, qui coram summo judicio se sisterent [1]).

Utcumque vero verba sonuerint aut interpretanda sint, ne Clementem Hispanici Pauli itineris vindicem faciamus, cum ceteris ideo vetari nobis utique videmur, quod patrum e numero neque Eusebius nec ullus eorum, qui apostolum in Hispania fuisse perhibent, Nostrum adhibuerunt testem. Qui factum sit, ut universam antiquitatem ea vis verborum fugeret, quam Pearsonius et qui cum eo faciunt, solam veram esse contendunt, majus est quam quod intelligatur.

---

1) L. l. p. 533: „Die betreffende Periode iſt alſo einfach zu über„ſetzen: „nachdem er Gerechtigkeit der ganzen Welt gelehrt hatte und „vor der höchſten Gewalt des Abendlandes erſchienen war und gezeugt „hatte vor den Erſten, ſo ſchied er aus der Welt u. ſ. w.“

II.

E ceteris monumentis aetati Clementis proxime accedit vetus fragmentum de canone Latine scriptum, sed librariorum peccatis plane in formam barbaram redactum, quod primus Muratorius e bibliotheca Ambrosiana protraxit et in Ant. Ital. med. aev. tom. III. p. 851 sq. divulgavit. Auctorem suspicatur fuisse Cajum, ecclesiae Romanae presbyterum, qui sub finem saeculi secundi aerae nostrae floruit. Licet auctoris nomen temere conjecerit vir doctus, de aetate libelli plerisque recte judicasse videtur. Ineunte quidem nostro saeculo Fr. Theoph. Zimmermannus [1]) evincere conatus est, auctorem quarto demum saeculo vixisse, probare tamen minime potuit. Sub finem saeculi secundi librum confectum esse idque in vicinia Urbis, nuper Wieselerus [2]) et Crednerus [3]) asseruerunt. E nova ille codicis collatione textum denuo edidit, mendis purgavit, scholiis illustravit. Crednerus textui a Muratorio edito, quem recudi curavit, integrum libelli tenorem e suis conjecturis restitutum continua serie apposuit; subjunxit, quae de veris lectionibus, de integritate, de aetate operis monenda erant. Ce-

1) Diss. scriptoris incerti de canone librorum sacrorum fragmentum a Muratorio repertum exhibens. Jenae 1805. p. 39.

2) Der Kanon des neuen Teſtaments von Muratori, von Neuem verglichen und im Zuſammenhange erläutert. Studien u. Krit. 1847. H. 4.

3) In libro: Zur Geschichte der Kanons. Halle 1847. p. 69—94.

terum quum vocibus innumera paene vulnera a librario sint inflicta, non mirum, hic illic alium alia medicina usum esse.

Medici artem et ille locus valde flagitat, qui facit ad rem nobis propositam. Auctor enim, postquam de evangeliis disputavit, ita pergit:

„Acta autem omnium apostolorum sub uno li„bro scribta (scripta) sunt (.) Lucas obtime (optimo) „Theophile (o) conprindit (comprehendit,) quia (quae) „sub praesentia ejus singula gerebantur (,) sic uti et „semote passionem Petri evidenter declarat (,) sed „profectionem Pauli ab urbe ad Spaniam proficis„centis (.)"

Verba descripsimus ex editione Wieseleri Muratorio ad amussim hoc loco respondente. Vocibus depravatis genuinae lectiones, quales viris doctis restituendae videntur, uncis inclusae appositae sunt. Quae lectiones quum et verborum contextui optime se applicent, et necessitate quadam postulentur, non est cur a nobis recenseantur. Nec ad id pertinent, quod quaeritur. Summa enim rei in ultimis lineis posita est, quibus de passione Petri et Pauli ad Hispaniam profectione disserit auctor. Sed quum haec scriberet, parum studuit orationis et perspicuitati et concinnitati. Neque enim quam passionem Petri in mente habuerit, nec quid de Pauli itinere Hispanico judicaverit, satis dilucide patefecit. Itaque fieri non potuit, quin interpretes alius aliter locum expedirent.

Zimmermannus sed commutare statuit cum et, ita ut Lucas passionem Petri et Pauli in Hispaniam profectionem evidenter declarasse tradatur. Petrum quod attinet, auctori censet in mente fuisse locos Act. V. 40 [1]) XII. 3 sq. [2]); ad Pauli iter Hispa-

---

1) *Ἐπείσθησαν (οἱ σὺν τῷ ἀρχιερεῖ) δὲ αὐτῷ (sc. τῷ Γαμαλιὴλ) καὶ προσκαλεσάμενοι τοὺς ἀποστόλους, δείραντες παρήγγειλαν μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἀπέλυσαν αὐτούς.*

2) *(Ὁ Ἡρῴδης) προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον· ὃν καὶ πιά-*

nicum quis locus Lucae referendus sit, non dicit. Sed profecto hoc enucleandum erat, si sperabat quemquam amplexurum esse lectionem propositam. Nempe quum apud Lucam vel in Evangelio vel in Actis non modo Hispanicum iter, sed ne vox quidem Hispaniae deprehendatur, quis non quaerat e Zimmermanno, quomodo Lucam reconciliet cum eo, quod de Luca praedicatum esse contendit? Quum responsum non dederit, opus semiperfectum aut potius infectum reliquit: conjectura sua dum concinnitatem verborum restituere studet, sensum novis et majoribus difficultatibus implicuit. — Ceterum sicut hac in re parum caute versatus est, ita quod de Petri passione disputavit, nescio an in dubium vocandum sit. Duas esse causas, quae Zimmermanno refragentur, Wieselerus demonstravit. Scilicet quae Act. cap. V. et XII. Petro accidisse traduntur, vix talia fuerunt, ut passionis vocabulo designanda essent: nam quum in lineis antecedentibus mors Christi passio dominica appelletur, etiam nostro loco verisimile est vocem de ultimo supplicio usurpatam esse. Deinde ne passionem Petri in Actis quaeramus, ea de causa prohiberi videmur, quod Lucas eam semote declarasse dicitur. Quo quid innuitur, nisi rem non in Actis, sed in alio libro Lucae narratam esse?

Aliam medicinam adhibuit Crednerus. Qui ut Zimmermanno in eo se applicat, quod et ipse pro sed scribendum censet et, ita novis conjecturis rem plane alio vertit. Genuina igitur verba viro docto ita sonasse videntur: „Lucas optimo Theo„philo comprehendit, quae sub praesentia ejus sin„gula gerebantur, sicut et semota passionem Petri „evidenter declarant et profectionem Pauli ab urbe „ad Spaniam proficiscentis.“ — Ingeniose sane par-

σας ἔθετο εἰς φυλακὴν..... βουλόμενος μετὰ τὸ πάσχα ἀναγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ. (Versibus sequentibus narratur, Petrum angeli auxilio e custodia liberatum esse).

vis impensis Crednerum loco consuluisse, profecto non ibis infitias. Etenim si non Lucas, sed semota (int. loca scripturae) passionem Petri et Pauli profectionem declarare dicuntur, non habes, quo offendaris, quum illa in ev. Joann. XXI. 18 et 19 [1]) sit memorata, hujus fiat mentio in epist. ad Roman. XV. 24 sq. [2]). Quo quidem loco quamquam apostolus nihil aliud quam propositum Hispaniam adeundi professus est, facile tamen aliquis adduci poterat, ut perfecisse eum, quod sibi proposuerat, suspicaretur.

Sed quaeritur, num ea, quae leguntur, servata particula adversativa, nullo pacto expedienda sint. Quod quomodo effici possit, Wieselerus docuit. Particula sed enim illi indicari videtur, auctorem de profectione Pauli non aeque judicasse, atque de passione Petri. Hanc in evang. Lucae putavit innui, fortasse c. XXII. 33 [3]); profectionem Pauli nusquam a Luca memoratam reperit. Quae sententia ut iis quae leguntur proditur, ita prorsus corrupta est a librario, cujus negligentia in fine commatis verbum excidit. Sed facile loco mederi poteris, simulatque „omisit" vel tale quid suppleveris.

Ceterum quoniam nobis tantum eruendum est, quid de Pauli itinere Hispanico praedicetur, hoc jam agamus. Quomodocumque igitur verba inter se cohaereant, id sane indicant, fuisse tunc quosdam, qui Paulum in Hispaniam pervenisse crederent, aut certe an pervenerit, ambigerent. Etenim

---

1) (*Λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ ὁ Ἰησοῦς*) *Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτε ἦς νεώτερος, ἐζώννυες σεαυτὸν, καὶ περιεπάτεις ὅπου ἤθελες· ὅταν δὲ γηράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώσει, καὶ οἴσει ὅπου οὐ θέλεις. Τοῦτο δὲ εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν θεόν.*

2) *ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς Σπανίαν, ἐλπίζω διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ κ. τ. λ.*

3) (*Πέτρος*) *δὲ εἶπεν αὐτῷ· Κύριε, μετὰ σοῦ ἕτοιμός εἰμι καὶ εἰς φυλακὴν καὶ εἰς θάνατον πορεύεσθαι.* (An forte auctor vigesimum primum caput evangelii Joannis, quod spurium esse constat, Lucae attribuit?)

si res omnino nec credita fuisset nec in disceptationem incidisset, non erat cur verbo attingeretur. Testimonia, quibus discrimen daretur, auctor protulit nulla. Quid ipse judicaverit — quamquam non multum refert, quum singulari quadam historiarum notitia neutiquam emineat —, de hac re diverse sentias oportet, prout de lectione statueris. Si et scribendum est, rem asserit, quam in scriptura evidenter declarari temere opinatus est. Si retenta voce sed verbum suppleveris, Pauli iter Hispanicum apud Lucam deprehendi negatur. Unde fortasse cum Wieselero licebit colligere, qui crediderint, hoc loco ab auctore reprobari. Ubi vero et ipsum rumori tunc divulgato fidem habuisse magis tibi placuerit, non habeo cur officiam. Sufficit de eo convenisse, quod rumor fuerit nec is certis testimoniis fulcitus.

III.

Saeculo secundo, tertio et ineunte quarto de re alias disceptatum esse, scriptores ecclesiastici omnino non referunt. Quorum in libris, quotquot aetatem tulerunt, Paulus nec in Hispaniam pervenisse memoratur, nec bis Romae fuisse traditur. Contra, Nerone imperante virum martyrio coronatum esse, ab omnibus asseritur, qui rei mentionem injiciunt. Accuratius rem indagare illi non suum putaverunt, utpote qui non in historia conscribenda studium collocarent, sed prout res cuique proposita occasionem praeberet, exemplis ex historia petitis uterentur. Nihil est, quod ex his discatur, nisi Paulum una cum Petro Romae fuisse. — En loci, qui huc pertinent, ipsi! —

IRENAEUS.

III. 1. *Ὁ μὲν δὴ Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν καὶ γραφὴν ἐξήνεγκεν εὐαγγελίου, τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν ἐκκλησίαν· μετὰ δὲ τὴν τούτων ἔξοδον, Μάρκος ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου κηρυσσόμενα ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε. κ. τ. λ.*

CAIUS, presbyter Romanus.

Ad Proclum. (Euseb. hist. eccl. II, 25.)

Ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια τῶν ἀποστόλων ἔχω δεῖξαι. Ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Βατικανὸν, ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν, εὑρήσεις τὰ τρόπαια τῶν ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν ἐκκλησίαν [1]).

DIONYSIUS, episc. Corinth.

Ad Romanos. (Euseb. h. eccl. l. l.)

Ταῦτα καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν γενηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. Καὶ γὰρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον φυτεύσαντες ἡμᾶς, ὁμοίως ἐδίδαξαν· ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν ὁμόσε διδάξαντες, ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν [2]).

---

1) Argute hoc loco nititur Wieselerus, quo probet, apostolos non eodem die, sed modico spatio temporis interposito vita decessisse. Scilicet Petrus inter funestam illam persecutionem in hortis Neronis in monte Vaticano sitis periisse videtur; Paulum, ut qui alio loco et mitiori supplicio absumptus sit, nonnullis mensibus antea martyrio coronatum esse, verisimile est. (Cf. Chronologie des apoſtoliſchen Zeitalters. p. 545. 548 ff.).

2) Fuere qui hoc loco putarent innui, Petrum et Paulum simul Corintho Romam profectos esse, indeque colligerent, Paulum, priora, quae vocant, vincula Romana perpessum libertatique redditum, Corinthi adfuisse. Nempe vocem *φυτεύσαντες* rati cum *φοιτήσαντες* commutandam esse, quam Syncellus praebet, verba ita Latine reddiderunt: „Ambo enim illi in urbem nostram Corinthum ingressi, sparso Evangelicae doctrinae semine, nos instituerunt, et in Italiam simul profecti, cum vos similiter instituissent, eodem tempore Martyrium pertulerunt.“ (Valesius in edit. Eusebii. Cf. Hug, Einl. ins N. T. Th. 2. §. 75: „Indeſſen iſt auch dafür eine geſchichtliche Anzeige da, daß Paulus“ (nach ſeiner angeblichen Befreiung) „den Verſuch in den Orient zu gehen gemacht hat..... Petrus und Paulus, ſagt Dionyſius von Korinth, beyde kamen in unſer Korinth, und gingen mit einander nach Italien, wo ſie für das Chriſtenthum ſtarben.“) — Sed retinendam esse lectionem codicum minimeque verba id sibi velle, quod illis placuit, jam Pearsonius docuit. (De succ. prim. Rom. episc. diss. I. p. 35 sq. in Opp. posth. ed. Dodwell. Locum ita vertit: „Ambo enim in urbe nostra Corintho plantantes nos similiter docuerunt, similiter autem et in

TERTULLIANUS.

Adversus Marcionem. IV. 5.

In summa si constat id verius quod prius, id prius quod et ab initio, id ab initio quod ab apostolis, pariter utique constabit, id esse ab apostolis traditum, quod apud ecclesias apostolorum fuerit sacrosanctum. Videamus quod lac a Paulo Corinthii hauserint, ad quam regulam Galatae sint recorrecti, quid legant Philippenses, Thessalonicenses, Ephesii, quid etiam Romani de proximo sonent, quibus evangelium et Petrus et Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt.

Praescript. haeretic. 36.

Age jam qui voles curiositatem melius exercere in negotio salutis tuae, percurre ecclesias aposto-

---

Italia audacter (ὁμόσε) docentes circa idem tempus Martyrium passi sunt.“ — Pearsonio assentitur Heinichenius in editione sua Eusebii. — Wieselero ὁμόσε ad locum spectare videtur: „an demſelben Orte, (nämlich in Rom).“ cf. l. l. p. 535). — Immo qui cum Valesio stant, ab ipso Eusebio refutantur, qui quidem nihil e loco eruit nisi Petrum et Paulum sub idem tempus mortem subiisse. Eodem tempore eos Corinthi fuisse et Romam profectos esse omnino indicatum non invenit. (Cf. Wieſeler, l. l. p. 534. 535.) — Singularem quendam ratiocinandi modum adscivit Bertholdtius (Einl. ins A. u. N. T. Th. 5. Hälfte 2. §. 629. N. 36.): „Bei dieſer Erzählung (Euſeb. II. 25.) iſt nicht zu überſehen, welchen chronologiſchen Standpunct ihr Euſebius giebt. Er ſetzt ſie in die ſpätere Zeit der Regierung des Kaiſers Nero, als Paulus aus ſeinem erſten Verhaft in Rom wieder entkommen, darauf aber nach Rom in der nämlichen Zeit, als ſich Petrus daſelbſt aufhielt, zurückgekehrt und gleich dieſem wieder in Verhaft geſetzt worden war. Der Presbyter Cajus und der Biſchof Dionyſius von Korinth, deren Zeugniſſe Euſebius anführt, müſſen alſo den Tod Pauli ebenfalls in dieſe ſpätere Zeit der Regierung Nero's geſetzt haben; denn ſonſt hätte Euſebius nicht als ein gewiſſenhafter Geſchichtſchreiber verfahren. Folglich können Cajus von Rom und Dionyſius von Korinth als Zeugen gegen die Behauptung, daß Paulus ſchon in ſeinem erſten römiſchen Verhafte ſein Leben verloren habe, angeſehen werden.“ Profecto si Cajus et Dionysius de tempore mortis Pauli aliter statuerunt, atque Eusebius, huic non licuit testimonia eorum in suum usum vertere. At quo jure suspicatur Bertholdtius, hos imprimis rationem temporis, a suis aequalibus prorsus neglectam, accurate perpendisse? Ubi vero et ipsi certum annum non indicaverunt, quid obstabat, quominus Eusebius iis, quae tradiderunt, uteretur, quae non habebant, ab iis discere non gestiret?

licas, apud quas ipsae adhuc cathedrae apostolorum suis locis praesident, apud quas ipsae authenticae litterae eorum recitantur, sonantes vocem et repraesentantes faciem uniuscujusque. Proxima est tibi Achaja? habes Corinthum. Si non longe es a Macedonia, habes Philippos, habes Thessalonicenses. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem Italiae adjaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas praesto est. Ista quam felix ecclesia, cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni dominicae adaequatur, ubi Paulus Joannis exitu coronatur, ubi apostolus Joannes, posteaquam in oleum igneum demersus nihil passus est, in insulam relegatur. videamus quid didicerit, quid docuerit, cum Africanis quoque ecclesiis contesserarit.

Scorpiace 15.

Quae tamen passos apostolos scimus, manifesta doctrina est, hanc intelligo solam Acta decurrens; nihil quaero; carceres illic, et vincula, et flagella, et saxa, et gladii et impetus Judaeorum et coetus Nationum, et tribunorum elogia, et regum auditoria et proconsulum tribunalia et Caesaris nomen interpretem non habent. Quod Petrus caeditur, quod Stephanus opprimitur, quod Jacobus immolatur, quod Paulus distrahitur, ipsorum sanguine scripta sunt. Et si fidem commentarii voluerit haereticus, instrumenta imperii loquentur, ut lapides Jerusalem. Vitas Caesarum legimus; orientem fidem primus Nero cruentavit. Tunc Petrus ab altero cingitur, quum cruci adstringitur. Tunc Paulus civitatis Romanae consequitur nativitatem, quum illic martyrii renascitur generositate.

Apologeticus c. 5.

Consulite commentarios vestros: illic reperietis primum Neronem in hanc sectam cummaxime Ro-

mae orientem Caesariano gladio ferocisse. Sed tali dedicatore damnationis nostrae etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intelligere potest non nisi grande aliquod bonum a Nerone damnatum [1]).

Ibid. c. 21.

..... discipuli quoque diffusi per orbem, praecepto magistri Dei paruerunt, qui et ipsi a Judaeis insequentibus multa perpessi, utique pro fiducia veritatis libenter, Romae postremo per Neronis saevitiam sanguinem Christianum seminaverunt.

ORIGENES.

Apud Eusebium h. e. III. 1.

..... *Πέτρος δὲ ἐν Πόντῳ καὶ Γαλατίᾳ καὶ Βιθυνίᾳ Καππαδοκίᾳ τε καὶ Ἀσίᾳ κεκηρυχέναι τοῖς ἐν διασπορᾷ Ἰουδαίοις ἔοικεν. ὃς καὶ ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ γενόμενος ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς, οὕτως αὐτὸς ἀξιώσας παθεῖν. Τί δεῖ περὶ Παύλου λέγειν, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκότος τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ καὶ ὕστερον ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος μεμαρτυρηκότος. Ταῦτα Ὠριγένει κατὰ λέξιν ἐν τρίτῳ τόμῳ εἰς γένεσιν εἴρηται.*

LACTANTIUS.

De mortibus persecut. 2.

Et inde (sc. inde a Christi ascensione in coelum) discipuli, qui tunc erant undecim, adsumtis in locum Judae proditoris Matthia et Paulo, dispersi sunt per omnem terram ad evangelium prae-

---

[1]) De Eusebiana hujus loci interpretatione infra c. IV. disseritur.

dicandum, sicut illis magister Dominus imperaverat, et per annos XXV [1]), usque ad principium Neroniani imperii, per omnes provincias et civitates ecclesiae fundamenta miserunt. Quumque jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit, et editis quibusdam miraculis, quae virtute ipsius Dei, data sibi ab eo potestate, faciebat, convertit multos ad justitiam, Deoque templum fidele ac stabile collocavit. Qua re ad Neronem delata, quum animadverteret, non modo Romae, sed ubique quotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum, et ad religionem novam, damnata vetustate, transire, ut erat exsecrabilis ac nocens tyrannus, prosiluit ad excidendum caeleste templum delendamque justitiam, et primus omnium persecutus Dei servos, Petrum cruci adfixit et Paulum interfecit [2]).

* * *

Petrum et Paulum simul Romae adfuisse, etiam in Praedicatione Petri traditum est, libro apocrypho, ineunte saeculo IIdo conscripto, cujus praeter titulum perpauca tantum fragmenta servata sunt [3]). Eundem librum passim Praedicationem Petri et Pauli nec non Praedicationem Pauli appellatum fuisse, cum magna specie veritatis suspicantur viri docti [4]). Ceterum ut auctor a veteribus coarguitur, quod veritatem historiae evangelicae immistis haereticorum fabulis contaminaverit, ita etiam in nostra causa testis dubiae fidei existimandus esset, si proprio

---

1) Teste Lactantio (Inst. div. IV. 10.) Christus anno 15mo Tiberii, duobus Geminis css., i. e. a. 29 p. Chr. crucifixus est. Ab hoc anno usque ad annum 54, quo Nero imperium auspicatus est, 25 anni transierunt. Ceterum Paulum usque ad annum 58 in Graecia et Asia docuisse, sana docet temporis computatio (v. Wieſeler, Chronologie ꝛc. p. 118).

2) Apostolos a Nerone interemptos esse, Lactantius et Inst. div. IV. 21. testatur.

3) Collecta sunt in libro Credneri: Beiträge zur Einleitung ins N. T. p. 351.

4) Cf. Credner, l. l. Schliemann, die Clementinen ꝛc. p. 254.

Marte quid adseveraret. Verum enimverò quae tradidit, non sunt nova [1]). Commemorantur ea in Dissertatione anonymi scriptoris antiqui de baptismo haereticorum, Rigaltii observationibus ad Cypriani epistolas et tractatus (Lutet. Par. 1648.) adjuncta. Illic p. 139 de libro ita disseritur:

„Est autem adulterini hujus, immo internecini „baptismatis, si quis alius auctor, tum etiam qui„dam ab eisdem ipsis haereticis propter hunc eun„dem errorem confictus liber, qui inscribitur Pauli „praedicatio. In quo libro, contra omnes scriptu„ras, et de peccato proprio confitentem invenies Chri„stum, qui solus omnino nihil deliquit, et ad acci„piendum Johannis baptisma paene invitum a matre „sua Maria esse compulsum. Item, cum baptizare„tur, ignem super aquam esse visum, quod in evan„gelio nullo est scriptum. Et post tanta tempora „Petrum et Paulum, post conlationem evangelii in „Hierusalem et mutuam altercationem et rerum agen„darum dispositionem, postremo in urbe, quasi tunc „primum, invicem sibi esse cognitos, et quaedam „alia hujuscemodi absurde ac turpiter conficta. quae „omnia in illum librum invenies congesta.“

---

1) Quid Crednerum permoverit, ut libellum tanti faceret, ego non intelligo. Cf. Einl. ins N. T. Th. I. Abth. 1. p. 321: „Das Unbestimmte in den Angaben des Eusebius (über die Befreiung und zweite Römische Gefangenschaft Pauli), „welcher die wichtigen Zeugnisse des Clemens Rom. und der praedic. Petri übersehen hatte, benutzten jedoch frühzeitig die Päpste, um ihre Hierarchie über den Occident fester zu begründen. Ueber Rom hinaus sollte es gegen Westen keine apostolischen Gemeinden mehr geben.“ — Discere vellem a viro docto, quid Eusebius e praedicatione Petri in suum usum vertere potuisset? Me judice Paulus tantum Romae adfuisse ibi traditur, id quod prorsus non in dubium vocatur.

IV.

Constantino summa rerum potito, quum Christiani non jam vetarentur Musis vacare, Eusebio concessum fuit vices superioribus aetatibus ecclesiae immissas literis mandare. Quod quum ageret, in indaganda Pauli historia non potuit operam non collocare. Ita tamen rem instituit, ut omissis iis, quae de viri laboribus pro evangelio susceptis in Actis referuntur, ab itinere Caesarea Romam peracto ordiretur. Praeterea ea quae tradidit in duo capita distribuit, hoc, sicut videtur, adductus consilio, ut res gestas secundum ordinem temporis digereret. Postquam igitur H. E. L. II. c. 19—21 quae Felice procuratore in Judaea gesta sint, retulit; c. 22, quum Felici Festum successisse memorasset, captivum monuit apostolum Romam missum esse, et quid illic ei acciderit, annexuit. Capitis enim absolutum virum docet denuo propagando evangelio se dedidisse, postremo in urbem regressum morte mulctatum esse. C. 23 auctor ad res Judaicas reversus, narrat Judaeorum invidia, ut qui Paulum manibus suis subtractum esse dolerent, Jacobum fratrem Domini periisse. Deinde ubi c. 24. memoravit Marco mortuo sedem Alexandrinam octavo Neronis anno obtinuisse Anianum, c. 25 caedem a Nerone institutam enarrare pergit, qua Petrus et Paulus perierint. Quam tertio decimo Ne-

ronis anno (p. Chr. a. 67) accidisse, in Chronico suo autumat.

Quo majore auctoritate valuit Eusebius apud posteros, eo magis operae pretium est, indagare unde habuerit, quae retulit, et quatenus iis fides sit habenda. Hanc provinciam in se suscepit Wieselerus (l. l. p, 522. 538 sq.) et tam circumspecte ea perfunctus est, ut nihil fere protulerit, quod non persuaderet. Pauca tantum nobis addenda esse videntur. — Duae sunt res, de quibus quaeritur: duplex illa, quae ab Eusebio statuitur, apostoli captivitas Romana, nec non annus, cui ejus mors tribuitur. Illud dum c. 22 [1]) probare studet, ita loquitur: ... *Τότε* (sc. *διετίαν ὅλην ἐπὶ τῆς Ῥώμης διατρίψας* cf. Act. 28, 30.) *μὲν οὖν ἀπολογησάμενον αὖθις ἐπὶ τὴν τοῦ κηρύγματος διακονίαν λόγος ἔχει στείλασθαι τὸν ἀπόστολον, δεύτερον δ' ἐπιβάντα τῇ αὐτῇ πόλει, τῷ κατ' αὐτὸν τελειωθῆναι μαρτυρίῳ. Ἐν ᾧ δεσμοῖς ἐχόμενος τὴν πρὸς Τιμόθεον δευτέραν ἐπιστολὴν συντάττει, ὁμοῦ σημαίνων τήν τε προτέραν αὐτῷ γενομένην ἀπολογίαν, καὶ τὴν παραπόδας τελείωσιν.* Jam pergit ex illa epistola locos exscribere, quos sibi patrocinari putat. C. IV, 16—17 indicari ei videtur, Paulum, quum prima vice coram Nerone duceretur, libere discessisse. Hanc enim vim contendit inesse verbis *ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος*; primam autem apologiam factam esse in priore quadam captivitate, non in illa, qua tunc teneretur apostolus. Ex altera eum non nisi morte liberatum esse, id quod ipse praesagiverit animo, dum scriberet: *καὶ ῥύσεταί με ὁ Κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον* (v. 18) et supra: *Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι κ. τ. λ.* (v. 6). Bina Romae vincula pertulisse Paulum, etiam inde colligit, quod II. Tim. IV, 11

---

1) Caput inscribitur: *Ὡς ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Ῥώμην δέσμιος ἀναπεμφθεὶς Παῦλος, ἀπολογησάμενος πάσης ἀπελύθη αἰτίας.*

Lucam penes se esse testetur, inter primam illam apologiam quendam sibi adfuisse neget (v. 16). Verum enimvero quae Eusebius his locis innui autumat, verbis revera inesse minime concedendum est; neque enim prima illa apologia in priore aliqua custodia facta esse debet, nec vocem *λέοντος* ad Neronem spectare certum est. Quod ex eo, quod Lucas inter defensionem absens fuerit, postea vero adfuerit, colligit, misere claudicat. Qua de re quum nostratium optimus quisque dudum convenerint, Eusebium hoc loco vapulare non jam oportet pluribus evincamus [1]). Sed ne hunc quidem suspicor interpretis partes ita acturum fuisse, nisi Paulum bis Romae adfuisse etiam alia de causa pro certo duxisset. Postquam enim de altera ad Timotheum epistola ita disseruit, hoc annectit: *Ταῦτα δὲ ἡμῖν εἴρηται παριστα μένοις, ὅτι μὴ καθ' ἣν ὁ Λουκᾶς ἀνέγραψεν ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐπιδημίαν τοῦ Παύλου, τὸ μαρτύριον αὐτῷ συνεπεράνθη. Εἰκὸς γέτοι κατὰ μὲν ἀρχὰς ἠπιώτερον τοῦ Νέρωνος διακειμένου, ῥᾷον τὴν ὑπὲρ τοῦ δόγματος τοῦ Παύλου καταδεχθῆναι ἀπολογίαν. Προελθόντος δὲ εἰς ἀθεμίτους τόλμας, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰ κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπιχειρῆσαι.* — Dum scribit *ἡμῖν παρισταμένοις*, recipere se videtur ad id, quod in initio capitis memoravit: *Τότε μὲν οὖν ἀπολογησάμενον.... λόγος ἔχει στείλασθαι τὸν ἀπόστολον.* Cui *λόγῳ* quum fidem haberet, non mirum est, quod locos illos epistolae ad Timotheum datae in suum usum vertere studuit. Sed requiritur indagatio, quanam auctoritate res valuerit. E veterum libris hausisse Eusebium, plane negandum est; quoties enim testium proferendorum facultatem habet, numquam omissis nominibus phrasi *λόγος ἔχει* utitur [2]). Ru-

---

1) Cf. Wieseler, Chronol. p. 474 ff.

2) Eusebii silentio refutari eos, qui Clementem Rom. duplicis Pauli captivitatis testem adhibent, jam monuimus p. 9.

more igitur nisus est per ora vulgi volitante. Qui num fluxerit ex illa de Hispanico Pauli itinere disceptatione, cujus in canone Muratorii fit mentio, non constat quidem, suspicari tamen licet. Haud ita difficile enim fieri potuit — quae est famae indoles versatilis —, ut alii assererent, apostolum tunc in Hispaniam profectum esse, postquam Romae causam dixisset, alii, Hispanico itinere modo memorato modo praetermisso, eum vinculis Romanis liberatum esse traderent. Quorum ex ore Eusebius rem percepit, ii de Hispania aut non locuti esse aut certe viro non persuasisse videntur. Nam si percepisset et credidisset, profecto rem non erat transiturus silentio, quae tam bene ad sua placita quadraret [1]). — Sed quoniam nihil tradidit, nisi hoc, Paulum post priora, quae vocat, vincula Romana libertati redditum esse, magis expedit quaerere, cur hoc crediderit et tradiderit, quam conjicere, cur illud omiserit. Cui disceptationi quod capiendum sit initium, ipse Eusebius ostendit, dum verbis utitur supra a nobis descriptis: *Εἰκὸς γέτοι κατὰ μὲν ἀρχὰς ἠπιώτερον τοῦ Νέρωνος διακειμένου κ. τ. λ.* Haud obscure hoc loco prodidit Noster, quaenam ratio annorum computandorum in historia Pauli sibi placuerit. Etenim quum Nero quinque tantum primis imperii annis mitem se et aequum praebuerit, hoc tempore apostolum absolutum esse verbis innuitur. Oportet igitur intra tres priores annos Neronis Romam venerit, biennium enim, antequam sententia ferretur, captivus ibi peregit. Et saltem altero quidem anno eum advenisse, Eusebio certum fuit. Monet enim in Chronico suo, ultimo Claudii anno in locum Felicis Festum esse suffectum [2]). Quem ne

[1]) Post Eusebium permulti scriptores ecclesiastici hoc tempore Paulum in Hispania fuisse autumant. Cf. locos in cap. V. collectos.

[2]) Ad annum 14. Claudii: Felici datur successor Festus,

ex Eusebii sententia Claudio etiam superstite in provinciam advenisse putemus, vetamur quidem Historia Ecclesiastica, in qua c. 20 et 21 Felicem etiam Nerone imperante Judaeae praefuisse [1]), c. 22 Festum a Nerone missum esse memorat [2]); certe tamen inde hauriendum est, Festi adventum primis mensibus Neroniani imperii (ineunti anno 55 p. Chr.) a Nostro adscriptum esse. Sequitur ut Paulus, qui a Festo brevi postquam praefecturam iniit, aestate ad finem vergente, Romam missus est, anno 55 iter auspicatus, initio sequentis anni in Urbem advenerit [3]). — Superest ut computum Eusebii examinemus. Sed rem eo usque differre juvat, dum quid de morte Pauli statuat, cognoverimus.

Hist. eccl. II, 25. igitur Neronem corroborato imperio quum alia innumera scelera refert commisisse, tum coetui Christianorum funestam cladem inflixisse Paulumque gladio, Petrum cruce interemisse. Ejus rei testes adhibet Tertullianum, Cajum presbyterum, Dionysium Corinthiacum; quos capite superiore audivimus loquentes. Ex his ut haurit, Romae eodem tempore vita decessisse apostolos, ita illius testimonio probare studet, Neronem primum ecclesiae persecutorem exstitisse. Tertullianum vero dum Graece vertit, mira quadam licentia usus est; haec enim virum facit dicentem: *Ἐντύχετε τοῖς ὑπομνήμασιν ὑμῶν. Ἐκεῖ εὑρήσετε πρῶ-*

---

apud quem publice Paulus apostolus quum ad quaesita respondisset, praesenti etiam pro tribunali Agrippa rege, vinctus Romam missus est.

1) *... κατὰ δὲ Νέρωνος Φήλικος τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύοντος κ. τ. λ.*

2) *Τούτου δὲ Φῆστος ὑπὸ Νέρωνος διάδοχος πέμπεται.*

3) Subscribere non possum, quod Wieselerus p. 540 judicat, ex mente Eusebii Pauli adventum in Urbe anno 55 adscribendum esse. Oportebat igitur eum autumno anni 54 iter incepisse, Festum vero eodem anno Claudio etiam imperante Felici successisse (aestate enim munus auspicatus est). Hoc ab Eusebio non innuitur.

τον Νέρωνα τοῦτο τὸ δόγμα, ἡνίκα μάλιστα ἐν Ῥώμῃ τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν ὑποτάξας ὠμὸς ἦν εἰς πάντας, διώξαντα. Τοιούτῳ τῆς κολάσεως ἡμῶν ἀρχηγῷ καυχώμεθα. Ὁ γὰρ εἰδὼς ἐκεῖνον, νοῆσαι δύναται, ὡς οὐκ ἂν εἰ μὴ μέγα τι ἀγαθὸν ἦν, ὑπὸ Νέρωνος κατακριθῆναι. — Dudum observatum est a viris doctis, ea, quae literis latius dispositis expressimus, a verbis Latinis dissidere. Plurimi tamen hoc sive Eusebii sive interpretis, quo usus esset, ignorantiae tribuerunt [1]). At vix Noster nihil nisi interpretis partes hoc loco agere voluit; nam verba non ita male intellexit, quam potius alia praetermisit, alia de suo addidit [2]). De consulto eum ita versatum esse, imprimis inde elucere videtur, quod aetatem persecutionis adumbravit, de qua Tertullianus nihil habet. Etenim quum verbis *τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν ὑποτάξας* utitur, sane Tiridatem spectat, regem Armeniae, post diutina bella Romae socium et amicum receptum et diademate ornatum [3]). Res a Suetonio in vita Neronis c. 13. relata est, qui idem monet, hac de causa Neronem consalutatum imperatorem, laureamque in Capitolium latam, et Janum geminum clausum esse. Hic scriptor quum, c. 14. et 15. de consulatibus a Nerone gestis et ratione ejus reipublicae administrandae locutus, c. 16. persecutionem Christianorum memoraret, facile alicui historiarum non satis gnaro suspicionem movere poterat, in Christianos saevitum esse, postquam Tiridates Romae fuisset. Eusebio hoc acci-

1) Cf. judicia in editione Heinichenii collecta. His adde quod Rienstra monet (De fontibus ex quibus haûsit Eusebius. Traj. ad Rh. 1833. p. 109).

2) Ut primo statim obtutu discrepantiam sentias, inspice, quaeso, Latina cum Graecis composita:

primum Neronem in hanc sectam tum maxime Romae *πρῶτον Νέρωνα τοῦτο τὸ δόγμα, ἡνίκα μάλιστα ἐν Ῥώμῃ*
— — — — — — — — ori-
τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν ὑποτάξας ὠμὸς ἦν εἰς πάντας, — entem Caesariano gladio ferocisse.
— — — *διώξαντα.*

3) Cf. Wieseler, Chronologie. p. 579.

disse, ipsius sermone fortasse proditur. Haud enim scio an verba *ἡνίκα μάλιστα ἐν Ῥώμῃ.... ὠμὸς ἦν εἰς πάντας* e lectione Suetonii fluxerint, quem ut inspiceret Tertulliano jubente facile poterat commoveri [1]). Cap. 16. igitur Suetonius ita disserit: „Multa „sub eo et animadversa severe, et coërcita, nec „minus instituta. Adhibitus sumtibus modus: pu„blicae coenae ad sportulas redactae: interdictum, „ne quid in popinis cocti praeter legumina aut olera „veniret, quum antea nullum non opsonii genus „proponeretur: afflicti suppliciis Christiani, genus „hominum superstitionis novae ac maleficae: vetiti „quadrigariorum lusus, cet.“ — Vide quae ab Eusebio tamquam subinde se excipientia componuntur, — Oriens devictus, Nero severe in rebus versatus, Christiani suppliciis affecti, — eadem apud Suetonium eodem ordine (paucis quidem c. 14. et 15. interpositis, sed iis a nostra re alienis) memorata reperiuntur. — Sive vero Suetonius sive alius quispiam Nostro erroris fuerit auctor, satis distincte hoc loco docetur, in Christianos saevitum esse elapso anno 66. nostrae aerae, eo enim anno Tiridates Romae adfuit [2]). Ita se statuere, ipse Eusebius luculenter affirmat in Chronico; ubi ad annum 13. Neronis, qui fuit a. 67. p. Chr., haec monuit: „Nero ad cetera scelera persecutionem „quoque Christianorum primus adjunxit: sub quo „videlicet Petrus et Paulus apostoli martyrium Ro„mae consummaverunt“ [3]).

Quum temporis spatia ita emetiretur, profecto

---

1 Hoc loco ille quidem generatim „commentarios“ Romanorum laudat; alias vero „vitas Caesarum“ nominat, satis aperte Suetonium designans.

2) Vid. Clinton, fast. Rom. ad hunc ann.

3) Ut in hunc annum computo suo incideret, Wieselero videtur ideo adductus esse Eusebius, quod in exhibendo supremo anno Christi ratio eum fefellerit triennio (Chronol. p. 541). Qui tali errore teneretur, is hercle facillime e Suetonio hoc eruturus erat, quod suspicati sumus.

recusare vix poterat, quin amplecteretur, quod rumore circumferebatur, Paulum bis Romae fuisse. Exoptatissima ea proponebatur medicina, qua computum suum cum Actis Apostolorum reconciliaret. Lucas enim per biennium apostolum Romae custodia inclusum fuisse monuit; Eusebio undecim annorum spatium dispensandum erat. Dum elapso illo biennio Paulum denuo fidem propagasse memorat [1]), nec Lucae repugnat, et suis placitis patrocinatur. — Verum enimvero ubi futile fundamentum jactum est, quidquid superstruxeris, necesse est corruat. Metationem rerum gestarum, qua utitur Noster, si justo examini subjeceris, ad quam exiguum spatium temporis rediguntur anni in tantum numerum exaggerati! Scilicet Paulum et anno 55. Caesarea profectum esse, et anno 67. vita decessisse, aeque infitias eundum est. Quantum illud attinet, diserte denuo Wieselerus (l. l. p. 66—99.) argumentis maximam partem e Josepho petitis evicit, quod nostra aetate virorum doctorum optimus quisque profitetur, Paulum a. 60. demum a Festo navi impositum esse atque a. 61. Romam pervenisse [2]). Quam male res gestas per annos disposuerit Eusebius, prorsus inde elucet, quod in Chronico seditionem Caesareae a Judaeis motam ad tertium decimum annum Claudii retulit, quam Nerone imperante accidisse, e Josepho (Ant. XX. 8, 7, de bello Jud. II. 13, 7.) scire eum oportebat. — In contrariam partem a vero recessit, quum de morte Pauli ageret. Funesta enim illa persecutio, inter quam et Petrum et Paulum periisse memorat, teste Tacito (Ann. XV. 44.) G. Lecanio, M. Licinio

---

1) Quamdiu Paulus libertate fructus sit, Eusebius expresse non indicat. Sequentibus saeculis increbuit fama (non plane ea cum Eusebio concors), decem annos praedicasse apostolum ex quo libertati redditus fuerit. (Cf. Euthalium).

2) Cf. Gieſeler, Kirchengeſch. Bd. I. Abth. 1. §. 26. De Wette, Einleitung ins N. T. §. 118.

css. (p. Chr. a. 64.) a Nerone excitata est causato, Christianos fecisse incendium, quo ipse eo anno Urbem vastaverat [1]). Quod eam fuisse ansam caedis unus Tacitus memoriae tradidit, reliqui historici omiserunt, Eusebio quidem facile poterat esse in caussis erroris; pro auctoritate tamen talis testis rei fides minime ideo detrectatur.

Tempore igitur intra verum spatium coërcito, de ultimis annis vitae Pauli plane alia nobis ferenda erit sententia atque Eusebio. Nam quum a. 61. aerae nostrae Romam advenerit apostolus, a. 63. etiam in custodia teneretur (id quod Lucas docet), sequenti anno ultimo supplicio sit affectus: ex Urbe eum umquam pedem extulisse, quis Hercle credat! Elapso illo biennio virum libertati neutiquam redditum esse, iis saltem certum esse debet, qui alteram ad Timotheum epistolam vere Paulinam existimant [2]). Vide, eodem anno, quo Eusebius liberatum eum discessisse perhibet, ipse de spe libertatis recuperandae prorsus se decessisse testatur. Ut vero hanc epistolam calamo Pauli tribuere dubites, dummodo in computandis annis concesseris se fefellisse Eusebium, non vereor ut religioni ducas, limpidum rerum gestarum fontem habere famam pluribus saeculis post temere divulgatam.

---

1) Quod recentiorum nonnulli suspicantur, in Christianos quidem a. 64 Romae saevitum, Paulum vero a. 67 demum interemptum esse, neque ex Eusebio, nec ullo scriptore ecclesiastico hauriendum est. Ad unum enim omnes utramque rem eodem tempore accidisse docent. Diserte hoc indicatur titulo capiti 25. Eusebii praefixo: *Περὶ τοῦ κατὰ Νέρωνα διωγμοῦ, καθ' ὃν ἐπὶ Ῥώμης Παῦλος καὶ Πέτρος τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας μαρτυρίοις κατεκοσμήθησαν.* Immo qui veras temporis rationes perspexerunt, Orosius et Sulpicius Severus, Paulum et Petrum simul cum ceteris Christianis a. 64 occisos esse memorant.

2) Scriptam eam esse exeunte aestate anni 63 Wieselerus docet l. l. p. 478.

V.

Fama illa, quam Eusebius ad se perlatam esse memorat, subsequentibus saeculis sensim per ecclesiam increbuit et amplificata et aucta, coalescente indies fiducia, pro vera historia vendita est. Nec minime ideo profecto et celebritate et auctoritate invaluit, quod Eusebium nacta erat praeconem et suasorem. Certe plurimos (vel dicam omnes?), qui Paulum bis Romae fuisse asserunt, constat cognovisse libros Eusebii, licet non omnes eum laudaverint. Ex illorum lectione potissimum ceterorum, qui in Oriente floruerunt, unanimum paene hac in re fluxisse consensum, etiam ideo probatur, quod qui ei proximi fuerunt aetate, Athanasius et Cyrillus Hieros., nequaquam idem se percepisse testantur, quod ille. Hos Hispanici Pauli itineris esse testes, recentiorum quidem nonnulli contenderunt; sed falso, nihil enim nisi de consilio viri Hispaniam adeundi loquuntur. Apostolum eo pervenisse, postquam coram Nerone causam dixisset, primus Epiphanius, deinde Joannes Chrysostomus et Theodoretus docent; unde sciant omnino non referunt [1]). Pro illa fontium incuria quid mirum, hac aetate narratiunculas, quales istae

[1]) Fortasse et ipsi hoc ex sola epistola ad Romanos data collegerunt, unde se hausisse Hieronymus confitetur. (v. locum e comm. in Es. infra citatum).

de Neronis pincerna et pellice, historiae Pauli subnexas esse! Quamquam talia non ab universis videntur credita esse. Immo ne Hispanici quidem itineris, quod temere tradebatur, memoria ab omnibus propagata est, qui postea historiam Pauli tetigerunt, quum plerique plane Eusebio se addixerint. Horum e numero potissimum juvat Euthalium audire, qui, dum Eusebiana placita tueri enixe studet, etiamtunc a quibusdam vitam apostoli intra veros fines coercitam esse haud obscure innuit. Eorum sententia ne ipsum quidem plane intactum fuisse, e locis quibusdam libri sui parum inter se congruis elucere videtur [1]). Sed diceptationibus chronologicis et criticis profecto is favere vix poterat, qui etiam diem fatalem apostoli bene se exploratum habere putaret. Nec certe magis talibus studiis aut faverunt aut pares fuerunt, quos subsequentia saecula progenuere, compilatores et superiorum pedissequi. Quos ut singulatim provocare taedet, ita novae cujusdam de epistolarum Pauli aetate opinionis, quae exeunte decimo saeculo irrepsit, unum saltem testem adhibere, e re visum est. Nicephorum igitur Graecorum agmini subjunximus.

Latinos ne praeterirent placita per Orientem divulgata, praecautum est ab Eusebii interpretibus, Rufino et Hieronymo. Sed parum his consona, quae apud aequales leguntur. Neque enim Orosius neque Sulpicius Severus, Hispanus alter, alter Gallus, Hispanici Pauli itineris ullam mentionem injiciunt; quem ut uterque anno 64. subinde post incendium Urbis periisse memorat, ita Sulpicius Roma omnino non egressum esse docet. Quod Idacius [2]) Petrum et Paulum anno 58. interem-

[1]) Paulum enim alio loco post Romanam defensionem decem annos libertate fructum esse memorat, alio Urbem ingressum *μικρὸν ὕστερον* vita decessisse tradit.

[2]) Vide Descript. consulum ex quo primum ordinati sunt.

ptos esse perhibet, errat quidem; certe tamen minime sibi compertum fuisse, quod Eusebio, errando testatur. His adstipulantur Innocentius et Gelasius, Romanorum episcopi, qui et Paulum et ullum apostolum ultra Urbem Occidentem versus processisse infitias eunt, apostolicam originem uni sedi Romanae vindicant. Quos si suspectos testes existimaveris, perpendas quaeso, num tam confidenter locuturi fuissent, si certa aliqua rei memoria in Occidente fuisset. Sed usque ad finem saeculi sexti nullus reperitur inter Occidentales, qui illis refragetur. Num Gregorius M. refragetur an cum his faciat, non liquet; nihil enim nisi Paulum Hispaniam petiisse perhibet. Qui subinde floruerunt, eum ibi adfuisse non dubitant asserere. Hos tamen ex Eusebio et Hieronymo hausisse constat. Quanti sint aestimandi, judicio lectoris benevoli commendo, si placuerit locos ex Isidoro collectos inspicere. —

In Corp. script. hist. Byzant. Chron. pasch. Vol. II. p. 159. ed. Bonn.: „His conss. Petrus et Paulus passi sunt die III. Kalend. Julias."

ATHANASIUS

Epistola ad Dracontium. §. 4.

(Ed. Bened. 1698. T. I. p. 265.)

Τίνα μὲν μιμεῖσθαί σε θέλουσιν ἐκεῖνοι; τὸν δισταζοντα καὶ θέλοντα μὲν ἀκολουθῆσαι, ὑπερτιθέμενον δὲ καὶ συμβουλευόμενον διὰ τοὺς ἰδίους· ἢ τὸν μακάριον Παῦλον, τὸν ἅμα τῷ τὴν οἰκονομίαν ἐγχειρισθῆναι, μὴ προσαναθέμενον σαρκὶ καὶ αἵματι; εἰ γὰρ καὶ ἔλεγεν, οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, ὅμως γινώσκων ὃ ἔλαβε, καὶ οὐκ ἀγνοῶν τὸν δεδωκότα, ἔγραφεν· οὐαὶ γάρ μοι ἐστὶν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι· ὥσπερ δὲ τὸ οὐαί μοι οὐκ εὐαγγελιζόμενος, οὕτως διδάσκων καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον, χαρὰν καί στέφανον εἶχε τοὺς μαθητευομένους. διὰ τοῦτο καὶ σπουδὴ τῶν ἁγίων [1]) *μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ κηρύττειν, καὶ μὴ ὀκνεῖν μηδὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἀπελθεῖν, μηδὲ εἰς τὰς Σπανίας ἀναβῆναι, ἵνα ὅσον κοπιᾷ, τοσοῦτον καὶ τοῦ κόπου τόν μισθὸν μείζονα ἀπολάβῃ. ἐκαυχᾶτο οὖν τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνισάμενος, καὶ ἐθάρρει τὸν μέγαν στέφανον ἀπολῃψόμενος. οὐκοῦν, ἀγαπητὲ Δρακόντιε, τίνα μιμούμενος τοῦτο ποιεῖς;*

CYRILLUS HIEROS.

Catech. XVII. c. 13. De Spir. scto.

(Ed. Milles. Oxon. 1703. p. 252.)

Τούτου τοῦ ἁγίου πνεύματος πεπλήρωτο καὶ Παῦλος μετὰ τὴν ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κλῆσιν· καὶ μάρτυς ἡμῖν τῶν λόγων ἡκέτω Ἀνανίας ὁ εὐλαβὴς, ὁ ἐν Δαμασκῷ, λέγων πρὸς αὐτόν· ὁ Κύριος ἀπέσταλκέ με Ἰησοῦς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἤρχου,

[1]) Editores conjiciunt scribendum esse *τῷ ἁγίῳ*.

ὅπως ἀναβλέψῃς, καὶ πλησθῇς Πνεύματος ἁγίου. ὅπερ εὐθὺς ἐνεργῆσαν, τῶν μὲν ὀφθαλμῶν Παύλου τὴν τύφλωσιν μετέβαλεν εἰς ἀνάβλεψιν· τῇ ψυχῇ τὴν σφραγῖδα χαρισάμενον, σκεῦος ἐκλογῆς ἐποίησε, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομα τοῦ φανέντος αὐτῷ Κυρίου ἐνώπιον βασιλέων υἱῶν τε Ἰσραήλ· καὶ τόν ποτε διώκτην, κήρυκα καὶ δοῦλον ἀγαθὸν ἀπειργάσατο· ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὲν· καὶ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον· κατηχήσαντα δὲ καὶ τὴν Ῥώμην, καὶ μέχρι Σπανίας τὴν προθυμίαν τοῦ κηρύγματος ἐκτείναντα· μυρίους δὲ ὑπομεμηκότα τοὺς ἄθλους, σημεῖά τε καὶ τέρατα πεποιηκότα, περὶ οὗ τέως αὐτάρκως.

EPIPHANIUS.

Contra Carpocrasios, Haeres. VII. vel. XXVII. c. VI.

(Edit. Petav. Par. 1622. Tom. I. p. 107.)

Ἦλθε μὲν εἰς ἡμᾶς ἤδη πως Μαρκελλίνα τις ὑπ' αὐτῶν ἀπατηθεῖσα, καὶ πολλοὺς ἐλυμήνατο ἐν χρόνοις Ἀνικήτου ἐπισκόπου Ῥώμης, τοῦ μετὰ τὴν διαδοχὴν Πίου, καὶ τῶν ἀνωτέρω. ἐν Ῥώμῃ γὰρ γεγόνασι πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ ἐπίσκοποι, εἶτα Λῖνος, εἶτα Κλῆτος, εἶτα Κλήμης, σύγχρονος ὢν Πέτρου καὶ Παύλου, οὗ ἐπιμνημονεύει Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ. καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω, ὅτι πρὸ αὐτοῦ ἄλλοι τὴν ἐπισκοπὴν διεδέξαντο ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, ὄντος τούτου συγχρόνου Πέτρου καὶ Παύλου. καὶ οὗτος γὰρ σύγχρονος γίνεται τῶν ἀποστόλων. εἶτ' οὖν ἔτι περιόντων αὐτῶν ὑπὸ Πέτρου λαμβάνει τὴν χειροθεσίαν τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ παραιτησάμενος ἤργει, — λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· ἀναχωρῶ, ἄπειμι, ἐνσταθήτω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ· τισὶ τοῦτο συμβουλεύων (εὕρομεν γὰρ ἔν τισιν ὑπομνηματισμοῖς τοῦτο ἐγκείμενον) — ἤτοι μετὰ τὴν τῶν ἀποστόλων διαδοχὴν ὑπὸ Κλήτου τοῦ ἐπισκόπου οὗτος καθίσταται, οὐ πάνυ σαφῶς ἴσμεν. πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως ἠδύνατο ἔτι περιόντων τῶν ἀποστόλων, φημὶ δὲ

τῶν περὶ Πέτρον καὶ Παῦλον, ἐπισκόπους ἄλλους καθίστασθαι, διὰ τὸ τοὺς ἀποστόλους πολλάκις ἐπὶ τὰς ἄλλας πατρίδας τὴν πορείαν στέλλεσθαι, διὰ τὸ κήρυγμα τοῦ Χριστοῦ, μὴ δύνασθαι δὲ τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν ἄνευ ἐπισκόπου εἶναι. ὁ μὲν γὰρ Παῦλος καὶ ἐπὶ τὴν Ἱσπανίαν ἀφικνεῖται, Πέτρος δὲ πολλάκις Πόντον τε καὶ Βιθυνίαν ἐπεσκέψατο. ἐνεχώρει δὲ μετὰ τὸ καθασταθῆναι Κλήμεντα, καὶ παραιτήσασθαι (εἴγε οὕτως ἐπράχθη, διανοοῦμαι γὰρ, οὐχ ὁρίζομαι), ὕστερον μετὰ τὸ τετελευτηκέναι Λῖνον καὶ Κλῆτον ἐπισκοπεύσαντας πρὸς δεκαδύο ἔτη ἕκαστον μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου Πέτρου καὶ Παύλου τελευτὴν, τὴν ἐπὶ τῷ δωδεκάτῳ ἔτει Νέρωνος γενομένην, τοῦτον αὖθις ἀναγκασθῆναι τὴν ἐπισκοπὴν κατασχεῖν. ὅμως ἡ τῶν ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπων διαδοχὴ ταύτην ἔχει τὴν ἀκολουθίαν· Πέτρος καὶ Παῦλος, Λῖνος καὶ Κλῆτος, Κλήμης, Εὐαρέστος, Ἀλέξανδρος, Ξύστος, Τελέσφορος, Εὐαρέστος, Ὑγῖνος, Πῖος, Ἀνίκητος, ὁ ἄνω ἐν τῷ καταλόγῳ προδεδηλωμένος κ. τ. λ.

IOANNES CHRYSOSTOMUS.

Adv. oppugnatores vitae monasticae Lib. I. c. 3.

(Opp. ed. Montfauc. Tom. I. p. 48 d).

Τὸν Νέρωνα πάντως ἀκούετε· καὶ γὰρ ἐπίσημος ὁ ἀνὴρ ἀπὸ τῆς ἀσελγείας ἐγένετο, πρῶτος καὶ μόνος εὑρὼν ἐν ἀρχῇ τοιαύτῃ καινούς τινας ἀκολασίας καὶ ἀσχημοσύνης τρόπους. οὗτος ὁ Νέρων τὸν μακάριον Παῦλον· καὶ γὰρ ἔτυχε κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἐκείνῳ γενόμενος χρόνους· τοιαῦτα ἐγκαλῶν, οἷάπερ ὑμεῖς τοῖς ἁγίοις τούτοις ἀνδράσι· παλλακίδα γὰρ αὐτοῦ στρόδρα ἐπέραστον πείσας τὸν περὶ τῆς πίστεως δέξασθαι λόγον, ἔπειθεν ὁμοῦ καὶ τῆς ἀκαθάρτου συνουσίας ἀπαλλαγῆναι ἐκείνης. τοιαῦτα γοῦν ἐγκαλῶν ἐκεῖνος, καὶ λυμεῶνα, καὶ πλανὸν, καὶ τὰ αὐτὰ, ἅπερ ὑμεῖς φθέγγεσθε, τὸν Παῦλον ἀποκαλῶν, τὸ μὲν πρῶτον ἔδησεν, ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε τῆς πρὸς τὴν κόρην ἀποσχέσθαι συμβουλῆς, τέ-

λος ἀπέκτεινε. τί οὖν ἀπὸ τούτου γέγονε βλάβος τῷ παθόντι κακῶς; τί δὲ ὄφελος τῷ δράσαντι κακῶς; τί μὲν οὐκ ὄφελος τῷ τότε ἀναιρεθέντι Παύλῳ; τί δὲ οὐ βλάβος τῷ ἀνελόντι Νέρωνι; οὐχ ὁ μὲν ὥσπερ ἄγγελος πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾄδεται; τὰ γὰρ παρόντα τέως ἐρῶ. ὁ δὲ ὥσπερ ὄντως λυμεών καὶ δαίμων ἄγριος, πρὸς πάντας διαβέβληται.

De laudibus S. Pauli apostoli homil. VII.

(Montfauc. Tom. II. p. 515. inf.)

Ἐπειδὴ τὲ καὶ τῆς Ῥωμαίων ἐπέβη, κἀκεῖ πῶς μετὰ ἐπιεικείας διαλέγεται; πῶς μετὰ ἐλευθερίας τοὺς ἀπειθοῦντας ἐπιστομίζει; καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἵσταται, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖθεν εἰς Ἱσπανίαν ἔδραμε. κ. τ. λ.

In Matthaeum hom. LXXV. (In c. 24, 1—15.)

(Montfauc. Tom. VII. p. 725 c).

Καὶ κηρυχθήσεται τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος, οὐ τῆς συντελείας, ἀλλὰ τῶν Ἱεροσολύμων. ὅτι γὰρ περὶ ἐκείνου ἔλεγε, καὶ πρὸ τῆς ἁλώσεως τὸ εὐαγγέλιον ἐκηρύχθη, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος· εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν· καὶ πάλιν, τοῦ εὐαγγελίου τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν. καὶ ὁρᾷς αὐτὸν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱσπανίας τρέχοντα. εἰ εἰς τοσοῦτον μέρος τῆς οἰκουμένης κατέλαβεν, ἐννόησον ἃ καὶ οἱ λοιποὶ εἰργάσαντο. καὶ γὰρ καὶ ἑτέροις γράφων πάλιν ὁ Παῦλος ἔλεγε περὶ τοῦ εὐαγγελίου· ὅτι ἔστι καρποφορούμενον καὶ αὐξανόμενον ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν.

In Acta apost. hom. XLVI.

(Montf. Tom. IX. p. 349 d).

Ἰουδαΐζεν ὁ Παῦλος ἐν Ἱεροσολύμοις· ἀλλ' ἐν Ἀντιοχείᾳ οὐκ ἔτι. ἰουδαΐζε καὶ ἐσκανδαλίζοντο, ἀλλ' οὐ δικαίως ἐσκανδαλίζοντο ἐκεῖνοι. λέγεται Νέρωνος καὶ οἰνοχόον καὶ παλλακίδα ἀσπάσαι· πόσα οἴεσθε κατ' αὐτοῦ εἰρηκέναι αὐτοὺς διὰ τοῦτο; ἀλλ' οὐ δικαίως. εἰ

μὲν γὰρ ἐπὶ ἀπελγείᾳ ἠσπάσατο, ἢ ἐπὶ πονηροῖς πράγμασιν, εἰκότως· εἰ δὲ ἐπὶ βίῳ ὀρθῷ, τίνος ἕνεκεν;

In II. epist. ad Timotheum hom. X.

(Montf. Tom. XI. p. 722 b. in c. 4, 16.)

Ποίαν δὲ πρώτην ἀπολογίαν λέγει; παρέστη ἤδη τῷ Νέρωνι, καὶ διέφυγεν. ἐπειδὴ δὲ τὸν οἰνοχόον αὐτοῦ κατήχησε, τότε αὐτὸν ἀπέτεμεν.

(Ib. p. 724 b. in v. 20.)

Τρόφιμον δέ, φησιν, ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ ἀσθενοῦντα. ἡ Μίλητος τῆς Ἐφέσου ἐγγὺς οὖσα τυγχάνει. ἆρα ὅτε ἀπέπλεεν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν, ἢ τοῦτο καιροῦ ἄλλου φήσομεν. μετὰ μὲν γὰρ τὸ γένεσθαι ἐν Ῥώμῃ, πάλιν εἰς τὴν Σπανίαν ἀπῆλθεν· εἰ δὲ ἐκεῖθεν πάλιν εἰς ταῦτα τὰ μέρη, οὐκ ἴσμεν [1]).

THEODORETUS.

Interpret. Psalmi CXVI.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον πάντα τὰ ἔθνη. Κατὰ ταὐτὸν ἅπαντας εἰς χορείαν καλεῖ. ἅπασι γὰρ τοῖς ἔθνεσιν, οὐχ Ἕλλησι μόνοις καὶ Ῥωμαίοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσι βαρβάροις τὰς τῆς σωτηρίας ἐχωρήγησεν ἀφορμὰς, τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις διακόνοις τῆς εὐεργεσίας χρησάμενος. πορευθέντες γὰρ ἔφη μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. τούτῳ πειθόμενοι τῷ νόμῳ, πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν ἔδραμον, καὶ ὁ μὲν Ἰνδοὺς, ὁ δὲ Αἰγυπτίους, ὁ δὲ Αἰθίοπας προσήγαγε τῷ Χριστῷ· ὁ δὲ μακάριος Παῦλος διδάσκει συντόμως, ὅσοις ἔθνεσι προσενήνοχε τὰ θεῖα κηρύγματα, ὥστε ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρω-

---

[1]) Inscientia, quam hoc loco Chrysost. prodit, parum Heccio favet eorum sententiae, qui apostolum e vinculis Romanis liberatum in Oriente fuisse et tunc epistolas ad Timoth. I. et ad Titum dedisse putant.

κέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. οὐ γὰρ εὐθεῖαν ὁδὸν ὁδεύων, ἀλλὰ τὰ ἐν μέσῳ ἔθνη διακείμενα περινοστῶν, τὰ σωτήρια προσέφερε δόγματα, οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, οὐχ ὅπου ὠνομάσθη Χριστὸς, ἵνα μὴ ἐπὶ ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ· ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, οἷς οὐκ ἀνηγγέλη, περὶ αὐτοῦ ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσιν. ὕστερον μέντοι καὶ τῆς Ἰταλίας ἐπέβη, καὶ εἰς τὰς Σπανίας ἀφίκετο, καὶ ταῖς ἐν τῷ πελάγει διακειμέναις νήσοις [1]) τὴν ὠφέλειαν προσήνεγκε. Ῥωμαίοις μὲν γὰρ ἐπιστέλλων ἔφη· ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος εἰς τὰς Σπανίας δι' ὑμῶν διελθεῖν, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ. τῷ θαυμασίῳ δὲ Τίτῳ γράφων φησίν· διὰ τοῦτο κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα κατασταθῇς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην. οὕτως ὁ Ἰωάννης ὁ πάνυ τὴν Ἀσίαν τῆς προτέρας ἠλευθέρωσεν ἀσεβείας· οὕτως ὁ θεσπέσιος Ἀνδρέας τὴν Ἑλλάδα ταῖς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖσι κατηύγασεν κ. τ. λ.

Interpret. ep. ad Philippenses c. I. v. 25, 26.

Καὶ τοῦτο πεποιθὼς οἶδα, ὅτι μενῶ καὶ συμπαραμενῶ πᾶσιν ὑμῖν εἰς τὴν ὑμῶν προκοπὴν καὶ χαρὰν τῆς πίστεως. Ἵνα τὸ καύχημα ὑμῶν περισσεύῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐν ἐμοὶ διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας πάλιν πρὸς ὑμᾶς.

Οἶδα ὡς τὸν προκείμενον διαφεύξομαι κίνδυνον, ὥστε ὑμᾶς καὶ ὠφελείας πάλιν ἐμπλησθῆναι καὶ θυμηδίας· ἅτε δὴ τοῦ ποθουμένου τετυχηκότας. καὶ τέλος ἡ πρόῤῥη-

---

[1]) Hae voces quibusdam praecipue inter Anglos ad Britanniam spectare visae sunt. Cf. W. Cave, antiq. apost. ed. Germ. Lips. 1710. p. 421. Theodoretus und Andere melden, daß er nicht allein in Spanien, sondern auch noch unter andern Nationen geprediget und das Evang. bis in die Inseln des Meeres gebracht habe, wodurch er ohne Zweifel Britannien verstehet; sintemal er ja die Gallier und Britannier (v. locum ex Curat. Gr. aff. infra descriptum) ausdrücklich mit unter dieselbigen Nationen rechnet, welche die Apostel noch selbst, und zwar insonderheit der Teppichmacher zum Gesetz Christi bekehret. Ego haec potius de Creta insula dicta esse putaverim, cujus subinde fit mentio.

σις ἔλαβε. διέφυγε γὰρ τὸ πρῶτον τοῦ Νέρωνος τὸν θυμὸν καὶ τοῦτο ἐν τοῖς πρὸς τὸν μακάριον Τιμόθεον δεδήλωκε γράμμασι. λέγει δὲ οὕτως· ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον, μὴ αὐτοῖς λογισθείη. ὁ δὲ Κύριός μου παρέστηκε, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος. καὶ ἡ τῶν πράξεων δὲ ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἱστορία, ὡς δύο ἔτη τὸ πρῶτον ἐν τῇ Ῥώμῃ διήγαγε καθ' ἑαυτὸν οἰκῶν ἐν ἰδίῳ μισθώματι. ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὰς Σπανίας ἀπελθών, καὶ τὸ θεῖον κἀκείνοις προσενεγκὼν εὐαγγέλιον, ἐπανῆλθε, καὶ τότε τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη.

c. 2. 24.

Πέποιθα δὲ ἐν Κυρίῳ, ὅτι καὶ αὐτὸς τάχεως ἐλεύσομαι. Οὐδὲ ἐνταῦθα τὴν οἰκείαν παρουσίαν ἀποφαντικῶς ἐπηγγείλατο, ἀλλὰ τῆς θείας αὐτὴν ἐξήρτησε προμηθείας. δῆλος δέ ἐστι μηδέπω παντελῶς τὸν πρότερον διαφυγὼν κίνδυνον. τοῦτο αἰνίττεται εἰρηκὼς, ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμὲ ἐξαυτῆς, τουτέστιν ἐὰν τέλεον λάβῃ λύσιν τὰ δυσχερῆ.

Interpret. ep. II. ad Timoth. c. 4, 17.

Ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσῃ πάντα τὰ ἔθνη.

Ἡνίκα τῇ ἐφέσει χρησάμενος εἰς τὴν Ῥώμην ὑπὸ τοῦ Φήστου παρεπέμφθη, ἀπολογισάμενος ὡς ἀθῶος ἀφείθη, καὶ τὰς Σπανίας κατέλαβε, καὶ εἰς ἕτερα ἔθνη δραμὼν, τὴν τῆς διδασκαλίας λαμπάδα προσήνεγκε. πρώτην τοίνυν ἀπολογίαν τὴν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐκδημίᾳ γεγενημένην ἐκάλεσε.

Graec. affectionum curatio disp. IX.

Ὅσην δέ γε οὗτοι (int. ἁπλοὶ καὶ πεζοὶ καὶ πᾶσι γνώριμοι λόγοι) ῥώμην καὶ δύναμιν ἔχουσι, ῥᾷστα ἄν τις

ξυνίδοι, τοὺς Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων νομοθέτας παραγαγών, καὶ τούτοις τοὺς ἡμετέρους ἁλιέας καὶ τελώνας παρεξετάσας. εὑρήσει γὰρ τοὺς μὲν, οὐδὲ τοὺς ὁμόρους πείσαντας κατὰ τοὺς σφῶν πολιτεύεσθαι νόμους· τοὺς δὲ Γαλιλαίους, οὐ μόνον Ῥωμαίους πεπεικότας καὶ Ἕλληνας, ἀλλὰ καὶ ἅπαντα τῶν βαρβάρων τὰ φῦλα, τὴν εὐαγγελικὴν νομοθεσίαν ἀσπάσασθαι. (Fusius subinde demonstrat et Minois, Charondae, Lycurgi, ceterorum leges in singulis tantum civitatibus viguisse, nec Romanorum ab omnibus populis receptas esse.)... οἱ δὲ ἡμέτεροι ἁλιεῖς, καὶ οἱ τελῶναι, καὶ ὁ σκυτοτόμος, ἅπασιν ἀνθρώποις τοὺς εὐαγγελικοὺς προσενηνόχασι νόμους. καὶ οὐ μόνον Ῥωμαίους, καὶ τοὺς ὑπὸ τούτοις τελοῦντας, ἀλλὰ καὶ τὰ Σκυθικὰ, καὶ τὰ Σαυροματικὰ ἔθνη, καὶ Ἰνδοὺς, καὶ Αἰθίοπας, καὶ Πέρσας, καὶ Σῆρας, καὶ Ὑρκανοὺς, καὶ Βακτριανοὺς, καὶ Βρεττανοὺς, καὶ Κίμβρους, καὶ Γερμανοὺς, καὶ ἁπαξαπλῶς πᾶν ἔθνος καὶ γένος ἀνθρώπων, δέξασθαι τοῦ σταυρωθέντος τοὺς νόμους ἀνέπεισαν· κ. τ. λ. [1]).

EUTHALIUS episc. Sulcens.

Editio Actuum Apostol.

(Zacagnii collectanea monum. veterum Tom. I. p. 425 sq. Gallandii biblioth. patr. Tom. X. p. 207 sq. Cf. Millii Nov. Test. ed. Küster p. 252.)

Ἀποδημίαι Παύλου τοῦ ἀποστ.

Ἀπὸ Δαμασκοῦ ἤρξατο, καὶ ἀνῆλθεν εἰς Ἱερουσαλὴμ· ἐκεῖθεν εἰς Ταρσὸν· ἐκεῖθεν εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ πάλιν δεύτερον εἰς Ἱερουσαλὴμ, κ. τ. λ. ——— ——— κἀκεῖθεν πάλιν ἀνῆλθεν τέταρτον εἰς Ἱερουσαλὴμ· κἀκεῖθεν παρεπέμφθη εἰς Καισάρειαν· καὶ λοιπὸν δέσμιος ἐπὶ Ῥώμην οὕτως· ἀπὸ Καισαρείας ἦλ-

[1]) Plane elatum dicendi genus ab iis neglectum est, qui e verbis Theodoreti collegerunt, has nationes ab apostolis evangelica doctrina imbutas esse. Ne singulis vocibus nimis insistas, audi auctorem paullo inferius ita disserentem: πρὸς γάρ τοι Πέρσας καὶ Σκύθας καὶ τὰ ἄλλα βάρβαρα ἔθνη μετὰ τὴν ἐκείνων οἱ νόμοι διέβησαν τελευτήν.

θεν εἰς Σιδῶνα· κακεῖθεν εἰς Μύρναν τῆς Λυκίας· εἶτα εἰς Κνίδον· κἀκεῖθεν πολλὰ παθόντες ἦλθον εἰς τὴν νῆσον. ἔνθα ἡ ἔχιδνα καθήψατο τῆς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ ἔμεινεν ἀβλαβὴς· εἶτα εἰς Συρακούσας· εἶτα εἰς Ῥήγιον· κἀκεῖθεν εἰς Ποτιόλους· κἀκεῖθεν πεζὸς ἀνῆλθεν εἰς Ῥώμην ἀπαντησάντων αὐτῷ τῶν ἀδελφῶν εἰς Ἀππίου φόρον, καὶ Τρεῖς Ταβερνὰς· Καὶ λοιπὸν εἰσελθὼν εἰς Ῥώμην· καὶ διδάξας ἐκεῖ χρόνον ἱκανὸν, ὕστερον ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ἐμαρτύρησεν.

Prologus in XIV. Pauli epistolas.

(Zacagn. p. 520 sq. Galland. p. 244 sq. Cf. Mill. N. T. p. 330.)

. . . μετὰ δὲ χρόνον τινὰ [1]) εἰς Ἱερουσαλὴμ πάλιν ὁ Παῦλος ἐκτρέχει, ὀψόμενος τὸν Πέτρον, ἔνθα δὴ καὶ διαιροῦνται πρὸς ἀλλήλους ἅπασαν τὴν οἰκουμένην, καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν μερίδα Παῦλος λαβών, ὡς δὴ τοῦ Πέτρου τὸ Ἰουδαϊκὸν διδάσκειν λαχόντος, πολλὰς μὲν πόλεις, πολλὰς δὲ χώρας περιενόστησεν, μικροῦ δὲ τὸ Ἰλλυρικὸν ἅπαν τῶν τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας δογμάτων ἐνέπλησε· μυρία γοῦν πάνδεινα παθὼν, καὶ ὑποστὰς ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, τλὰς δὲ πολλοὺς καὶ διαφόρους κινδύνους, ὅσους αὐτὸς ἀναγράφεται, ὑπὲρ τοῦ εὐαγγελίου, καὶ τοὺς ὅλους αὐτὸς νικήσας, καὶ ἐξαγωνισάμενος τῇ πίστει. εἰς ἔτι γὰρ τότε ἤθελε Παῦλον ὁ Θεὸς, καὶ ἡ ἄῤῥητος τοῦ κυρίου βουλὴ, καὶ ἡ προθεσμία αὐτοῦ τοῦτον κατεῖχε μετὰ ἀνθρώπων διάγειν, εἰς ὅτε τὸ εὐαγγέλιον ἅπασι τοῖς ἔθνεσι κηρύξει. ὀψὲ δέ που τῆς ὥρας, αὖθις ὁ Παῦλος ἐπάνεισιν εἰς Ἱεροσόλυμα, τοὺς ἐκεῖσε ἁγίους ἐπισκεψόμενος, καὶ τοῖς πτωχοῖς ἐπικουρήσων. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ στάσις κατειλήφει τις τὴν πόλιν, καὶ ὁ δῆμος ἦν ἐν θορύβῳ πολλῷ, Ἰουδαίων ταραττόντων τὸ κοινόν. δεινὸν γὰρ καὶ βαρὺ ἡγήσαντο, κατήγορον ἔχειν τὸν πάλαι προστάτην καὶ κοινωνὸν αὐτῶν τῆς μανίας, καὶ ἀποκτείνειν αὐτὸν ἔσπευδον· ἀλλ' εὐθὺς ὁ χιλίαρχος Λυσίας τοῦτον ἐξαι-

[1]) Praecedit narratio de Pauli saevitia in Christianos et conversione in itinere Damasceno.

ρεῖται, καὶ μετὰ στρατιωτικῆς βοηθείας εἰς τὴν Καισάρειαν εἰς τὸν ἡγούμενον ἐκπέμπει. συνελάμβανον οὖν αὐτὸν καὶ πρὸς τὸν ἐθνάρχην ἦγον, Φῆλιξ ἦν ὄνομα αὐτῷ. αἰσθόμενος δὲ συσκευήν τινα κατ' αὐτοῦ γινομένην ὑπὸ Ἰουδαίων, ὁ Παῦλος εὐθὺς ἐπὶ τοῦ βήματος ἐπιβοᾶται τὸν Καίσαρα, καὶ ἀνεῖται μὲν τέως τοῦ κριτηρίου, ἀργεῖ δὲ ἡ κατ' αὐτοῦ τοῖς Ἰουδαίοις μελετωμένη ἐπιβουλή. καὶ λοιπὸν εἰς τὴν Ῥώμην ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐκπέμπεται πρὸς Καίσαρα, κἀκεῖσε τοὺς αὐτοὺς ἀγῶνας ἐπιδειξάμενος, καὶ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἄθλων πονέσας, τέλος καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς ὑπὲρ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων ἐξέστη, βελτίονα εἶναι κρίνας τὴν μετὰ Χριστοῦ διαγωγὴν, τῆς θνητῆς ταύτης καὶ ἐπικήρου ζωῆς. μικρὸν γὰρ ὕστερον Καῖσαρ ὁ Νέρων βουληθεὶς αὐτὸν τῆς ζωῆς ταύτης ἐξαγαγεῖν, τὴν ἀληθινὴν αὐτῷ καὶ ὄντως ζωὴν ἐχαρίσατο, καὶ καθιστᾷ οὐρανῶν πολίτην, ὧν τῆς γῆς ἀπεστέρει. αὐτόθι οὖν ὁ μακάριος Παῦλος τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγωνισμένος, ὡς φησὶν αὐτὸς, τῷ τῶν ἱερονίκων Χριστοῦ μαρτύρων στεφάνῳ κατεκοσμίσθη. Ῥωμαῖοι δὲ περικαλλέσιν οἴκοις καὶ βασιλείοις τούτου λείψανα καθείρξαντες, ἐπέτειον αὐτῷ μνήμης ἡμέραν πανηγυρίζουσι, τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ἰουλίων, πέμπτῃ Πανέμου μηνὸς, τούτου τὸ μαρτύριον ἑορτάζοντες.

(Zacagn. p. 529 sq. Galland. p. 247 sq. Cf. Millî N. T. p. 252.)

Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην, ἐν βραχεῖ καὶ τὸν χρόνον ἐπισημειώσασθαι τοῦ κηρύγματος Παύλου, ἐκ τῶν χρονικῶν κανόνων Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου τὴν ἀνακεφαλαίωσιν ποιούμενος. ἔνθα δὲ τὴν βίβλον μετὰ χεῖρας εἰληφὼς, καὶ ταύτην ἀναπτύξας, εὑρίσκω τὸ πάθος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει Τιβερίου Καίσαρος γεγενημένον, καὶ τὴν τριήμερον δὲ εὐθὺς ἀνάστασιν, καὶ πάλιν τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ. καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς ὀλίγας εἶδον ἐκεῖ προχειριζομένους τοὺς ἀποστόλους εἰς διακονίαν τὸν αὐτοφερώνυμον Στέφανον, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτόν. καὶ μετέπειτα στάσιν Ἰουδαίων πλείστην καταλαμβάνω, κα-

θὼς ἤδη προείπαμεν, καὶ τὸν Στέφανον ἀγωνιζόμενον ἐκεῖσε, καὶ τὸν Παῦλον συνευδοκοῦντα πάνυ τῷ φόνῳ, ὃς μικρὸν ὕστερον τοῖς ἄρχουσι τῶν Ἰουδαίων παραστὰς, ἐπιστολὰς ἐκομίζετο πρὸς τοὺς ἐν Δαμασκῷ Ἰουδαίους κατὰ τῶν μαθητῶν. κατὰ μέσην δὲ τὴν ὁδὸν ἡ κλῆσις αὐτῷ γεγένηται παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς μικρῷ προσαναλωθῆναι τὸ ἔτος ἐκεῖνο. ἐπιλαβομένου δῆτα τοῦ ἐνενεακαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος κατάρξασθαι τὸν Παῦλον τοῦ κηρύγματός φησιν ἡ ἱστορία, καὶ τὴν ἅπασαν οἰκουμένην διαδραμεῖν, εὐαγγελιζόμενον τὴν εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν, μέχρι τρισκαιδεκάτου ἔτους Κλαυδίου Καίσαρος, ἡγεμονεύοντος τότε τῆς Ἰουδαίας Φήλικος, ἐφ᾽ οὗ κατηγορηθεὶς ὑπὸ Ἰουδαίων τὴν ἀπολογίαν ἐποιήσατο Παῦλος· ὃς δὴ τὸν ἀπόστολον εἰς τὸ κατὰ Καισάρειαν δεσμοτήριον καθεῖρξεν ἐπὶ δυσὶν ἔτεσι· μεθ᾽ ὃν διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν Πόρκιος Φῆστος εὐθὺς ὥρμησεν ἀνακρίνειν τὸν ἀπόστολον, τοῖς Ἰουδαίοις μεγίστην ἐν τούτῳ χάριν κατατιθέμενος. τότε οὖν ὁ μακάριος, νομίσας οὐκ ἄλλως ἀπαλλαγήσασθαι τῆς ἐπιβουλῆς, ἢ Καίσαρα ἐπικαλεσάμενος, ἑστὼς ἐπὶ τοῦ βήματος ἐπεκαλέσατο Καίσαρα, καὶ εἰς Ῥώμην ἐκπέμπεται πρὸς Νέρωνα τὸν Καίσαρα· συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ Ἀρίσταρχος, ὃν καὶ εἰκότως συναιχμάλωτόν που τῶν ἐπιστολῶν ἀποκαλεῖ, καὶ Λουκᾶς ὁ τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων γραφῇ παραδούς. κἀκεῖσε οὖν ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ὁ Παῦλος διετίαν ὅλην αὖθις ἐφυλάττετο. ταῦτα γὰρ καὶ μέχρι τούτων ἱστορεῖ Λουκᾶς ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων, κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ τὸ βιβλίον συγγραψάμενος, καὶ τὰ καθεξῆς ἥκιστα τότε γινώσκων, οὐδὲ τὸ μαρτύριον τούτου ἐγκατέθετο τῇ βίβλῳ. καταλιπόντες γὰρ αὐτὸν ἐκεῖσε Λουκᾶς τε καὶ Ἀρίσταρχος ἐξῆλθον. Εὐσέβιος δὲ, τοὺς μετέπειτα χρόνους ἀκριβῶς περιεργασάμενος, ἱστόρησεν ἡμῖν καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τόμῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τούτου καὶ τὸ μαρτύριον. καί φησι τὸν Παῦλον ἄνετον διατρίψαι, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἀκωλύτως κηρύξαι ἐπισημηνάμενος. τότε μὲν οὖν ἐπὶ Νέρωνος ἀπολογησάμενον τὸν Παῦλον αὖθις ἐπὶ τὴν τοῦ κηρύγματος διακονίαν λόγος ἔχει

στείλασθαι πρὸς Καίσαρος ἀπολυθέντα, καὶ εὐαγγελίσασθαι ἐφ' ἑτέροις δέκα ἔτεσιν [1]). εἰς ἄκρον δὲ μανίας ὁ Νέρων ἀφικόμενος, ἀνεῖλεν μὲν Ἀγριππίναν πρῶτα τὴν ἰδίαν μητέρα, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν τοῦ πατρὸς, καὶ Ὀκταουίαν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ ἄλλους μυρίους τῷ γένει προσήκοντας· μετέπειτα δὲ καθολικὸν ἐκίνησε διωγμὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ οὕτως ἐπὶ τὰς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπήρθη σφαγάς. μεταστειλάμενος γὰρ τὸν Παῦλον αὖθις τῷ βήματι παριστᾷ. συνῆλθε δὲ πάλιν ὁ Λουκᾶς αὐτῷ. ἔνθα δὴ συνέβη τὸν Παῦλον τριακοστῷ ἕκτῳ ἔτει τοῦ σωτηρίου πάθους, τρισκαιδεκάτῳ δὲ Νέρωνος μαρτυρῆσαι, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντα. ἔστι τοίνυν ἀπὸ τοῦ ἐννεακαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος, ἐξ οὗ κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον ἤρξατο, ἕως τοῦ εἰκοστοῦ δευτέρου, ἔτη τέσσαρα, καὶ τὰ Γαΐου δὲ ὡσαύτως ἔτη τέσσαρα, αὖθις δὲ καὶ τὰ Κλαυδίου ἔτη μικρὸν ἐλάττω δεκατέσσαρα· ὃν διαδεξάμενος Νέρων τρισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς τὸν ἀπόστολον ἀνεῖλε. γράφει δὲ οὖν ὁ αὐτὸς ἀπόστολος Παῦλος Τιμοθέῳ, περὶ μὲν τῆς πρώτης αὐτοῦ ἀπολογίας φάσκων τάδε· ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι παρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον, μὴ αὐτοῖς λογισθείη. ὁ δὲ κύριός μου παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσωσι πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος· τοῦτον τὸν Νέρωνα εἶναι λέγων. [2]) περὶ δὲ τῆς δευτέ-

[1]) In codice N. T. Laudiano II. prologo nostro haec verba inseruntur (cf. Mill.): ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσι λέγεται ἀποδημῆσαι εἴς τε Ἰσπανίαν τῆς (? καὶ?) Γαλλίας καὶ Ἰταλίας στείλασθαι τὸν ταῦ Χριστοῦ κήρυκα, καὶ κατασπεῖραι τὸν λόγον, καὶ πολλοὺς τῶν πατρίων ἀποσπάσαι θεῶν, καὶ τῇ ποίμνῃ τοῦ κυρίου ἐπισυνάψαι. ὅτι δὲ ἐν Ἰσπανίᾳ γέγονε κηρύσσων ὅδε Παῦλος, ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ τοῦτο διαγορεύει, γράφων ὡδί· Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν, ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς Ἰσπανίαν ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς· ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς. ἐπεὶ οὖν δὲ πρὸ τοῦ ἐν Ῥώμῃ γενέσθαι μελέτην εἶχεν εἰς Ἰσπανίαν κηρύξαι, εὐοδωθὲν αὐτῷ πρὸς τὴν πρώτην καταντῆσαι τῶν πόλεων, οὐκ ἠμέλησε τῶν προδεδογμένων. εἰ καὶ πάλιν ἀνακάμψας εἰς Ῥώμην, ἐν αὐτῇ τῶν μακρῶν ἀναπαύεται πόνων.

[2]) In codice Laud. II. haec adduntur: πρώτην ἀπολογίαν, τὴν

ρας, ἐν ᾗ καὶ τελειοῦται τῷ κατ' αὐτὸν μαρτυρίῳ, φησὶν· τὴν καλὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκε. καὶ ὅτι Λουκᾶς ἦν πάλιν σὺν αὐτῷ, μετ' ὀλίγα τῆς ἐπιστολῆς, ἀσπάζεταί σε, γράφει, Λουκᾶς, ὁ σὺν ἐμοί. ἔστιν οὖν ὁ πᾶς χρόνος τοῦ κηρύγματος Παύλου εἴκοσι καὶ ἕν ἔτος, καὶ ἕτερα δύο ἔτη, ἃ διετέλεσεν ἐν τῷ κατὰ Καισάρειαν δεσμωτηρίῳ. πρὸς δὲ τούτοις πάλιν τὰ ἐν Ῥώμῃ ἕτερα δύο ἔτη, καὶ τὰ τελευταῖα δὲ ἔτη δέκα· ὥστε εἶναι τὰ πάντα ἔτη ἀπὸ τῆς κλήσεως αὐτοῦ μέχρι τῆς τελειώσεως, τριάκοντα καὶ πέντε. ἀλλὰ μήτις ἐπὶ τούτοις ἐμοὶ καταμεμφέσθω, καὶ παραγραφέσθω τὰ καθεξῆς τῶν πράξεων, λέγων τὸν Λουκᾶν ταῦτα μὴ φάσκειν. ὃν ἐρήσεταί τις ἐχέφρων ἀνήρ, εἰ τοὺς χρόνους, ὧν τὰν, οὐκ εἰσδέχῃ τοὺς μετέπειτα τῶν πράξεων, δός μοί, φησι, τὸν Λουκᾶν ἱστοροῦντα τοῦ Παύλου τὸ μαρτύριον. εἰ μὲν γὰρ τοῖς δυσὶ τούτοις μόνοις ἔτεσιν ὁ Λουκᾶς ἐμέτρησε Παύλου τὴν ἐν Ῥώμῃ ζωήν, τὸ μαρτύριον ὑμῖν ὑφηγησάμενος, οὐδεμιᾶς τινος ἡμῖν ἐδεῖτο περιεργίας τῶν χρόνων. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μαρτύριον ἡμῖν οὗτος οὐ γράφει, ἔξωρον γὰρ καὶ μετὰ πολὺ τῆς βίβλου γεγένηται, πείθου λοιπὸν Εὐσεβίῳ τῷ Χρονογράφῳ, καὶ τὴν ἱστορίαν εὐγνωμόνως, ὡς φίλος, εἰσδέχου. οἱ γὰρ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ πειθοῖ καὶ πίστει τὰς τῶν πατέρων διδασκαλίας τε καὶ παραδόσεις πρὸς οἰκοδομὴν παραδεχόμενοι, τῆς οὐρανίου βασιλείας κληρονόμοι καθίστανται.

Μαρτύριον Παύλου τοῦ ἁπ.

Ἐπὶ Νέρωνος τοῦ Καίσαρος Ῥωμαίων ἐμαρτύρησεν αὐτόθι Παῦλος ὁ ἀπόστολος, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀπο-

---

ἐπὶ Νέρωνος πρώτην παράστασιν λέγει. παρέστη γὰρ ἤδη τῷ Νέρωνι καὶ διέφυγεν. ἐπειδὴ δὲ τὸν οἰνοχόον αὐτοῦ κατήχησε, τότε αὐτὸν ἀπέκτεινεν. Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι καὶ τὰς παλλακὰς αὐτοῦ κατήχησε. μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ καὶ Ἰωάννης ὁ Χρυσοῦς τὴν γλῶτταν λέγων· ὅτι παλλακίδα τοῦ Νέρωνος σφόδρα ἐπέραστον τὸν περὶ πίστεως δίξασθαι λόγον ὁ Παῦλος ἔπεισεν, ὁμοῦ καὶ τῆς ἀκαθάρτου ἐκείνης συνουσίας ἀπαλλαγῆναι. ἐκεῖνος δὲ λυμεῶνα καὶ πλάνον τὸν Παῦλον ἀποκαλῶν, τὸ μὲν πρῶτον ὕδησε, τῇ εἱρκτῇ ἐγκλείσας. ὡς δὲ οὐκ ἔπεισθε τῆς πρὸς τὴν κόρην ἀποσχέσθαι συμβουλῆς, τέλος ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμεν.

τμηθεὶς, ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἕκτῳ ἔτει τοῦ σωτηρίου πάθους τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενος ἐν Ῥώμῃ, πέμπτῃ ἡμέρᾳ κατὰ Συρομακεδόνας Παχὼν μηνὸς, ἥτις λέγοιτο ἂν παρ' Αἰγυπτίοις Ἐπιφὶ ε, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις ἡ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ἰουλίων, καθ' ἣν ἐτελειώθη ὁ ἅγιος ἀπόστολος τῷ κατ' αὐτὸν μαρτυρίῳ, ἑξηκοστῷ καὶ ἐννάτῳ ἔτει τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Ἔστιν οὖν ὁ πᾶς χρόνος, ἐξ οὗ ἐμαρτύρησε τριακόσια τριάκοντα ἔτη μέχρι τῆς παρούσης ταύτης ὑπατείας, τετάρτης μὲν Ἀρκαδίου, τρίτης δὲ Ὀνωρίου, τῶν δύο ἀδελφῶν αὐτοκρατόρων Αὐγούστων, ἐννάτης ἰνδικτιῶνος τῆς πεντεκαιδεκαετηρικῆς περιόδου, μηνὸς Ἰουνίου, εἰκοστῇ ἐννάτῃ ἡμέρᾳ.

NICEPHORUS CALLISTI.

Eccles. historia II. 33. 34.

Τῶν δὲ γραμμάτων Φήστου τῇ ἑξῆς [1]) τῷ Νέρωνι ἀποδεδομένων, τῷ ἐκείνου παρίσταται βήματι. ἀπολογίαις τοίνυν εὐλόγοις καὶ πολύ τι τὸ ἐπαγωγόν τε καὶ πάνσοφον ἐχούσαις τὸν πολύπλοκον ἐκεῖνον θῆρα διαφυγὼν, οὔτε τῶν ὁμοφύλων καθήψατο, καὶ αὐτὸν ὡς εἶχε τῶν ἐγκλημάτων ἀπέλυε. καὶ τοεξεκείνου διετοῦς χρόνου παραῤῥυέντος, ἐπὶ Ῥώμης Παῦλος καθῆστο ἐν ἰδίῳ τῶν ἔργων μισθώματι διαζῶν· καὶ πάντας τοὺς πρὸς ἐκεῖνον ἥκοντας ἀσμένως ὑποδεχόμενος· καὶ δυττῶς τρέφων· καὶ πλέον τῇ ἐνθέῳ καὶ οὐρανίῳ τροφῇ· παῤῥησίᾳ τε καὶ γλώσσῃ ἀνέτῳ τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν κηρύττων· καὶ τὰ κατὰ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐλευθέρᾳ κηρύττων γλώσσῃ· καὶ ἀκωλύτως ἅπασιν εὐαγγελιζόμενος.

Τὰ μὲν δὴ μέχρι τοῦ παρόντος ὁ ἱερὸς καὶ θεῖος ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς τὴν τῶν ἀποστολικῶν πράξεων ἀφήγησιν περιέγραψεν. ἐντεῦθεν δὲ τοῖς

[1]) Superiore capitis parte continetur narratio de Pauli disputatione cum Judaeis Romae degentibus, Act. 28, 16 sq.

τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἱστορίας ἀριδήλως ἀναταξαμένοις κατόπιν ἑπόμενοι, τὰ ἑξῆς τῆς ἱστορίας Θεῷ θαῤῥοῦντες ἐκθησόμενοι, καὶ δὴ τῷ θείῳ ἑπόμενοι πνεύματι, τοῖς ἐφεξῆς ἐπιβάλλομεν. τότε μὲν οὖν πρὸς Νέρωνος ἀφεθεὶς, ὁ ἀπόστολος ἐπὶ τὴν τοῦ κηρύγματος διακονίαν αὖθις ἐστέλλετο. δεύτερον δὲ ἐπιβάντα τῇ αὐτοῦ πόλει, τῷ μαρτυρίῳ θελειωθῆναι λόγος κρατεῖ· καὶ γὰρ ἦν εἰκὸς τοῦ Νέρωνος καταρχὰς ἠπιώτερον διακειμένου, ῥᾶον τὴν ὑπὲρ τοῦ δόγματος ἀπολογίαν προσήκασθαι Παύλου· εἰς δὲ ἀθεμίτους ἐξοκείλαντα πράξεις, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰς τῶν ἀποστόλων ἐπιτολμῆσαι σφαγάς. τότε μὲν οὖν ἀφειμένος, τὴν πρὸς Τιμόθεον πρώτην γράφει ἐπιστολὴν· ὃν ἐπίσκοπον Ἐφέσου πρότερον κατέστησεν· ὡς ἐν τύπῳ τὸν ἱεραρχικὸν βίον καὶ λόγον ἀναγκαίως διεξιών· ὁποῖόν τινα βίον χρεὼν μετιέναι τοῖς κατὰ Χριστὸν ἱερᾶσθαι βουλομένοις καθυπογράφων τῷ πνεύματι, καὶ δι' ἐκείνου πάσαις ταῖς Χριστοῦ ἐκκλησίαις. οὐ μόνῳ δὲ Τιμοθέῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ ἱερῷ Τίτῳ ἄλλην ἔστελλε γράφων· ὃν πρότερον τῆς νήσου Κρήτης καταστήσας ἐπίσκοπον διεῤῥῆκεν ἐκεῖσε, τὰ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ ὑστερήματα ἀνορθώσοντα. καὶ πρὸς Κορινθίους δὲ καὶ Ἐφεσίους, Γαλάτας τε καὶ Κολασσαεῖς· Φιλιππησίους τε καὶ Θεσσαλονικεῖς· ἔτι δὲ καὶ πρὸς Ἰουδαίους καὶ Ῥωμαίους, καὶ πάντας ἐφ' οἷς αὐτὸν μετὰ σώματος ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμις καὶ χάρις ἐπελθεῖν παρεσκεύασεν· οἷς καὶ διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως τῷ εὐαγγελίῳ λαμπρῶς ἀνεγέννησεν, ἃ παρὼν διὰ στόματος κατεφώτιζε, ταῦτα δι' ἐπιστολῶν συντετμημένῳ λόγῳ ὑπομιμνήσκων. ἃ δὲ καὶ ὡς μυστηριώδη τε καὶ ἀνέφικτα ἐδίδου τῇ σιωπῇ πρότερον, ὕστερον διὰ τῶν ἱερῶν αὐτοῦ γραμμάτων, ἢ τελείως μείζονος λόγοις θεοσοφίας ἀνεκάθαιρεν, ἢ ὁλοσχερῶς ὡς ἄν τις εἴποι ἐν εἴδει παραβολῆς ὑπηνίσσετο. μήτε διὰ τοὺς ἀξίως ἀκούειν μέλλοντας τὰ θεῖα ὑποκρυπτόμενος· μήτε διὰ τοὺς ἀναξίους ταῦτα σαφῆ πάντη καὶ πρόχειρα, ἵνα μὴ περιφρονοῖτο, παραδιδούς. αὖθις τοίνυν, ὡς εἴρηται, μετὰ τὴν πολλὴν περίοδον ἐπὶ Ῥώμην ἐληλακὼς, τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ τέλει ἐχρήσατο.

ὅτε δὴ καὶ δεσμοῖς ἐχόμενος, τὴν πρὸς Τιμόθεον δευτέραν συντάττει ἐπιστολήν. ἐν ᾗ τήν τε προτέραν αὐτοῦ ἀπολογίαν ἐμφαίνει, καὶ τὴν παρὰ πόδας τελείωσιν. ἐν τῇ πρώτῃ γάρ μου, φησὶν, ἀπολογίᾳ κ. τ. λ. [1]) ..... *Καὶ ταῦτα διήλθομεν, δεῖξαι πειρώμενοι, μὴ τὸ μαρτύριον τῷ Παύλῳ γενέσθαι καθ' ἣν ὁ Λουκᾶς ἐπιδημίαν τοῦ Παύλου ἐπὶ Ῥώμης ἀνέγραψεν, ἀλλ' ἐς ὕστερον. πᾶσαν γὰρ σχεδὸν τὴν γῆν διελθὼν καὶ ἐπὶ πέντε καὶ τριάκοντα ὑπὲρ Χριστοῦ τῷ εὐαγγελίῳ διαθλεύσας ἐνιαυτοῖς, τελευταῖον ἐπὶ Ῥώμης τὸ δεύτερον γεγονὼς, καὶ τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων Πέτρῳ ἐντετυχηκὼς, ἐκεῖ συναμα τούτῳ τὸν τῆς ἀφθαρσίας ἀνεδήσατο στέφανον.*

HIERONYMUS.

De viris illustr. c. V.

(Ed. Vallars. Veron. 1734. T. II. p. 822. 823).

Paulus apostolus, qui ante Saulus, extra numerum duodecim apostolorum, de tribu Benjamin et oppido Judaeae Giscalis fuit, quo a Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciae commigravit, a quibus ob studia legis missus Jerosolymam, a Gamaliele viro doctissimo, cujus Lucas meminit, eruditus est. Quum autem interfuisset neci martyris Stephani, et acceptis a pontifici templi epistolis ad persequendos eos, qui Christo crediderant, Damascum pergeret, revelatione compulsus ad fidem, quae in actibus apostolorum scribitur, in vas electionis de persecutore translatus est. Quumque primum ad praedicationem ejus Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset, ab eo, quod eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen Paulus, et juncto sibi Barnaba, multis urbibus peragratis, rever-

[1]) In sequentibus eadem ex ep. II. ad Tim. argumenta profert, quibus Eusebius usus est.

tensque Jerosolymam, a Petro, Jacobo et Joanne gentium apostolus ordinatur. Et quia in actibus apostolorum plenissime de ejus conversatione scriptum est, hoc tantum dicam, quod post passionem Domini vicesimo quinto anno, id est, secundo Neronis, eo tempore, quo Festus procurator Judaeae successit Felici, Romam vinctus mittitur, et biennium in libera manens custodia, adversus Judaeos de adventu Christi quotidie disputavit. Sciendum autem, in prima satisfactione, necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiae, Paulum a Nerone dimissum, ut evangelium Christi in Occidentis quoque partibus praedicaretur, sicut ipse scribit in secunda epistola ad Timotheum, eo tempore quo et passus est, de vinculis dictans epistolam: „In prima mea satisfactione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, et confortavit me, ut per me praedicatio compleretur, et audirent omnes gentes, et liberatus sum de ore leonis.“ Manifestissime leonem propter crudelitatem Neronem significans. [Et in sequentibus: „Liberatus sum de ore leonis.“ Et statim: „Liberabit me Dominus ab omni opere malo, et salvabit me in regnum suum caeleste,“] [1]) quod scilicet praesens sibi sentiret imminere martyrium. Nam et in eadem epistola praemiserat:

---

[1]) Quae uncis inclusimus, apud Graecum Hieronymi interpretem non leguntur. A librariis si non de suis addita, saltem depravata sunt. Quid verba sibi velint, facile ex Eusebio divinari potest, quem Hieronymus hoc loco magna ex parte nihil nisi Latine reddidit. Apud Eusebium (H. E. II. 22) haec habentur:..... *τὸν Νέρωνα ταύτῃ, ὡς ἔοικε, διὰ τὸ ὠμόθυμον προσειπών. Οὐκ οὖν ἑξῆς προςτέθεικε παραπλήσιόν τι τῷ „ῥύσεταί με ἐκ στόματος λέοντος.“ Ἑώρα γὰρ τῷ πνεύματι τὴν ὅσον οὔπω μέλλουσαν αὐτοῦ τελευτήν. Διό φησιν ἐπιλέγων τῷ „καὶ ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος“ τὸ „ῥύσεταί με ὁ Κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον,“ σημαίνων τὸ παραυτίκα μαρτύριον, ὃ καὶ σαφέστερον ἐν τῇ αὐτῇ προλέγει γραφῇ φάσκων· „Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι κ. τ. λ.“*

„Ego enim jam immolor, et tempus resolutionis meae instat.“ Hic ergo quarto decimo Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romae pro Christo capite truncatur, sepultusque est in via Ostiensi, anno post passionem Domini tricesimo septimo.

Comment. in Isaiam lib. IV. c. XI.
(Ed. Vallars. T. IV. p. 163.)

Eo tempore, inquit Isaias, nequaquam Ephraim et Judas, qui nunc, me prophetante, inter se hostili odio dissident, inimici erunt, sed juxta Ezechielis prophetiam, duae virgae in unam virgam copulabuntur, et jungentur in Christi Ecclesia, qui prius fuerant separati, ita ut in gentibus communi labore desudent, et volent in humero Philistiim per mare (v. 14), hoc est, primum maritimis praedicent Palaestinis, et per mare volucri cursu pergant ad caeteras nationes. Sive juxta LXX. interpretes: volabunt in navibus alienigenarum, mare simul praedabuntur: quod de unius Pauli Apostoli exemplo intelligamus, qui per Pamphiliam, et Asiam, et Macedoniam, et Achaiam et diversas insulas atque provincias ad Italiam quoque, et ut ipse scribit, ad Hispanias, alienigenarum portatus est navibus.

OROSIUS.

Histor. VII, 7.

..... Auxit hanc molem facinorum ejus [1]) temeritas impietatis in Deum. Nam primus Romae Christianos suppliciis et mortibus affecit, ac per omnes provincias pari persecutione excruciari imperavit: ipsumque nomen extirpare conatus, beatissimos Christi apostolos, Petrum cruce, Paulum

[1]) Int. Neronis.

gladio occidit. Mox acervatim miseram civitatem obortae undique clades oppressere. Nam subsequente autumno tanta urbi pestilentia incubuit, ut triginta millia funerum in rationem Libitinae venirent [1]). Britannica deinde clades e vestigio accidit, cet.

SULPICIUS SEVERUS.

Hist. sacr. lib. II. c. 28 et 29.

Apostolorum actus Lucas edidit, usque in tempus, quo Paullus Romam deductus est Nerone imperante: qui non dicam regum, sed omnium hominum et vel immaninm bestiarum sordidissimus, dignus exstitit, qui persecutionem in Christianos primus inciperet: nescio an et postremus explebit. siquidem opinione multorum receptum sit, ipsum Antichristum venturum. Hujus vitia ut plenius exponerem, res admonebat, nisi non esset hujus operis tam vasta ingredi: id tantum adnotasse contentus sum, hunc per omnia foedissima et crudelissima eo processisse, ut matrem interficeret; post etiam Pythagorae cuidam in modum solemnium conjugiorum nuberet: inditumque imperatori flammeum: dos et genialis torus et faces nuptiales, cuncta denique quae vel in feminis non sine verecundia conspiciuntur, spectata. reliqua vero ejus, incertum pigeat an pudeat magis disserere. Hic primus Christianum nomen tollere aggressus est: quippe semper inimica virtutibus vitia sunt, et optimi quique ab improbis quasi exprobrantes adspiciuntur. Namque eo tempore divina apud Urbem religio invaluerat, Petro ibi episcopatum gerente, et Paullo, posteaquam ab injusto praesulis judicio Caesarem appel-

[1]) Cf. Suet. Ner. 39. Tac. ann. XVI, 13. Morbus cecidit in a. 65. aerae nostrae. (Clinton, fast. Rom.)

laverat, Romam deducto: ad quem tum audiendum plures conveniebant, qui veritate intellecta, virtutibusque apostolorum, quas tum crebro ediderant, permoti, ad cultum Dei sese conferebant. Etenim tum illustris illa adversus Simonem Petri ac Paulli congressio fuit. qui cum magicis artibus, ut se Deum probaret, duobus suffultus daemoniis evolasset, orationibus apostolorum fugatis daemonibus, delapsus in terram, populo inspectante disruptus est [1]). Interea abundante jam Christianorum multitudine, accidit ut Roma incendio conflagraret, Nerone apud Antium constituto. sed opinio omnium invidiam incendii in principem retorquebat, credebaturque imperator gloriam innovandae urbis quaesisse. neque ulla re Nero efficiebat, quin ab eo jussum incendium putaretur. Igitur vertit invidiam in Christianos, actaeque in innoxios crudelissimae quaestiones. quin et novae mortes excogitatae, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent. multi crucibus affixi, aut flamma usti: plerique in id reservati, ut cum defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Hoc initio in Christianos saeviri coeptum. post etiam datis legibus religio vetabatur, palamque edictis propositis Christianum esse non licebat. Tum Paullus et Petrus capitis damnati [2]): quorum uni cervix gladio desecta, Petrus in crucem sublatus est. Dum haec Romae geruntur, Judaei praesidis sui Festi Flori injurias non ferentes, rebellare coeperunt. adver-

---

[1]) De Simone Mago alii aliam fabulam proposuerunt. Ab Eusebio soli Petro victoriae de eo reportatae honor vindicatur. Illum enim imperante Claudio Urbis incolas enarrato evangelio a Mago avertisse memorat. De ejus morte apud Eusebium nihil reperitur. Cf. H. E. II, 14.

[2]) Temere Schottius suspicatus est, ex Sulpicii sententia caedem Christianorum et mortem apostolorum tempore inter se distare. Sed hoc minime sibi fuisse in mente, auctor indicavit voce „tum," quam ad „hoc initio" respicere constat. Cf. Wieſeler, l. l. p. 542.

sus eos Vespasianus proconsulari imperio a Nerone missus, multis gravibusque praeliis devictos coegit intra muros Hierosolymae confugere. Interim Nero jam etiam sibi pro conscientia scelerum invisus, humanis rebus eximitur: incertum an ipse sibi mortem consciverit.

INNOCENTIUS papa I.

Epistola ad Decentium episc. Eugub.

(Mansi collectio conc. Tom. III. p. 1028.)

..... Quis enim nesciat, aut non advertat, id quod a principe apostolorum Petro Romanae ecclesiae traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari, nec superinduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat aut aliunde accipere videatur exemplum? praesertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam, insulasque interjacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis apostolus Petrus aut ejus successores constituerint sacerdotes? Aut legant, si in his provinciis alius apostolorum invenitur aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam inveniunt, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est, ne, dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum videantur omittere.

GELASIUS papa I.

(v. Baronii annal. a. 61. T. I. p. 739 ed. August. 1738.)

Beatus Paulus apostolus non ideo (quod absit) se fefellisse credendus est, aut sibi exstitisse contrarius, quoniam, cum ad Hispanos se promi-

sisset iturum, dispositione divina majoribus occupatus ex causis, implere non potuit, quod promisit. Quantum enim ipsius voluntatis interfuit, hoc pronunciavit, quod revera voluisset efficere. Quantum enim ad divini secreta consilii (quae ut homo omnia non potuit, licet Spiritu Dei plenus, agnoscere), superna praetermisit dispositione praeventus.

GREGORIUS M.

Moral. lib. XXXI. §. 106.

(Edit. Venet. 1796. T. III. p. 313.)

In Job. 39, 30: „Et ubicunque cadaver fuerit, statim adest."

Ecce ipse quem ad testimonium jam saepe deduximus, Paulus, cum nunc Judaeam, nunc Corinthum, nunc Ephesum, nunc Romam, nunc Hispanias peteret, ut in peccati morte jacentibus aeternae vitae gratiam nuntiaret, quid se aliud, quam esse aquilam demonstrabat, quae velociter omnia transvolans, ubicumque jacens cadaver quaerebat, ut dum voluntatem Dei lucratis peccatoribus faceret, quasi escam suam in cadavere reperiret?

ISIDORUS HISPAL.

De ortu et obitu patrum. c. 69.

(Edit. Rom. 1802. Tom. V. p. 181.)

Paulus, qui ante Saulus, apostolus gentium, advocatus Judaeorum, a Christo de coelo vocatus, in terram prostratus, qui oculatus cecidit, caecatus surrexit, ex persequutore effectus est vas electionis, ex lupo ovis, inter apostolos vocatione novissimus, praedicatione primus. In lege Gamalielis discipulus, in evangelio Christi servus. Cujus patria Tharsus fuit, genus Benjamin.

Hic secundo post ascensionem Domini anno baptizatus, dignitatem meruit apostolatus, atque plus omnibus laborans, multo latius inter ceteros verbi gratiam seminavit, atque doctrinam evangelicam sua praedicatione implevit.

Incipiens enim ab Jerosolymis, usque ad Illyricum, et Italiam Hispaniasque processit, ac nomen Christi multarum manifestavit gentium nationibus, quibus ante nondum fuerat declaratum.

..... Hic ob amorem Christi multas passiones graviaque corporis sustinuit tormenta. In primis Judaicas persequutiones, et gentium miserias, et laborem, famem, sitim, frigus, et nuditatem, naufragia, et mille pericula, rabiem ferarum, verbera, carcerales tenebras, et tormenta catenarum, squallores et vincula. — Inter haec ligatur a Judaeis, traditur gentibus, lapidatur ad necem, in sporta per murum demittitur, virgis caeditur, poenis arctatur, in carcere vinctus terraemotu facto resolvitur, ad ultimum a Nerone gladio caeditur eo die, quo et Petrus crucifixus est. Sic enim oportuerat: ut hi, qui simul confessi sunt, uno die coronarentur. Sepultus Romae in via Ostiensi, anno post passionem Domini tricesimo sexto, tertio ab urbe miliario, contra occidentalem plagam.

Chronicon c. 70.

(Ej. edit. Tom. VII. p. 88.)

Nero regnat annis XIV. Hic injuriae, crudelitati et luxuriae deditus, retibus aureis piscabatur: matrem, et sororem prostituit et interfecit: senatum multum extinxit: multas reipublicae provincias et urbes amisit: urbem quoque Romam incendit, ut Trojani excidii imaginem spectaret. Hujus temporibus Simon Magus, quum altercationem proposuisset cum Petro et Paulo apostolis, dicens se quandam virtutem esse Dei magnam, medio die,

dum ad patrem volare promittit in caelum, a daemonibus, a quibus in aëre ferebatur, adjurante eos Petro per Deum, Paulo vero orante, dimissus crepuit. Ob cujus necem a Nerone Petrus crucifigitur, Paulus gladio caeditur.

Typis E. A. Huthianis.

Typis E. A. Huthianis.

3 2044 069 680 650